Ms. 1262

BIBL. SENCKENBERG.
MS
No.
540

Schilteri
de partitionibus divini Juris
Tractatus.

B 34

SVEVICA.

Ψ. 41.

Occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

1. Cor. 2.

Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non hujus seculi, neq; Principum hujus seculi, qui destruuntur, sed loquimur DEI sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit DEUS ante sæcula, in gloriam nostram.

Salvian. Lib. 1. de Gubern. DEI.

Sancta est majestatis sacræ & tam tremendæ reverentia, ut non solum ea, quæ à illis contra religionem dicuntur, horrere, sed etiam quæ pro religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu ac disciplina dicere debeamus.

Jo. Schilteri
Commentatio Sacra
de
Pactionibus Divini
Juris.

Præfatio ad Librum singularem de Pactionibus dictis.

Summaria.

Theologiæ Mysticæ præ† V. scriptor. defect
de Systematibus & Locis communibus Theologicis.
Querela Phil. Melanchtonis aduersus Pontifices R.
de neglecta coercitione Systematis Theologici.
Philippi Lonis Communibus Theologicis, itaq
M. Chemnitii & Gerhardi. Diuersi modi Theologiam in ordinem redigendi. Maximus noster
Philosophiæ Moralis ad Christianismum in de Pactionibus
doctrina juris Christianorum. Ejus supplementum
hic libellus de Pactionibus dictis. de pactis &
Thalmanno & Ulric. Huber. H. Belga. Sam. Pufendorffij in Feciali dicto hoc argumentum pro fundamento juris Systematis Theologici generatim & communioris diuersæ religionis Theologi: & hoc porrò pro
modo reconciliationis inter Pontifices. Nam
inter hos & Pontificios moraliter impossibile & ipse habet.† Inde omnia certè Marcianum I. & II.
intentio reformandi Solem Romanum reassumendi
foret: Concilium Tridentinum suspendendum, &
Jus circa Sacra sive Episcopale restituendum
Regibus & Principibus: Concilium deinq supra
Papam esse. Quæ moraliter impossibilia
impetrauit. Atq vaticinium quidem, de collapsa
Ecclesiæ magnâ in tres partes, impletum fuit,
sed illud ad eam reductionem promisit. Interim
dum paruit uniuersi, singuli tamen conando
fuerint uniuersali Systemati inhærere, & quoad
dogmata ad salutem necessaria se comportare,
sanctimoniæ studere & de cæteris ope sanæ
rationis judicare. de L.2.C.de.SS.Ecc.l.1.c.2, 3. & 18.
Quæ in re vita me gesti, ut sequentes libri præcipuè præfatio S. Scripturæ ejusque dogma consonum & quem tuncs S. Sedes præsidium
diligenter consideranti hoppeditat. Deinde veritatem Christianam ejusq Ecclesiæ ex Scripturis probatis: sine timore cujusq
Ecclesiæ præjudicio.

† methodo differt à Theologia Scholastica, quæ methodo elenctica, seu Systematica, seu Mystica methodo analytica, à Practica objecti & medii. Quæ deinde Mystica theologia pars specialis additur, reprobatur; Mysticismus & Quietismus, & practica specialis, sed abusibus ita, vere reprobandæ, ita vita civili certè inutiles aut scandalosæ etiam.

† sive vide Phil. Mel. Salpisti Vitam à Pucan.

† Fide: ut si hoc ex gestis & Hyperm. edi inclinat, vel de ejusdem ætate disputa ex parte Clericorum.

#

In reconciliandis sectis circa Religionem Christianam non de articulo Justificationis inchoandum reor, quia luditur hic in verborum significatione magis, quàm reipsa.

Inchoandum arbitror in hoc negotio à scopo ultimo omnium Christianorum & Fidelium quoq V. T. qui est SALVATIO, & Salus æterna post mortem corporis expectanda.
Hic scopus omnium sectarum unus est: & sine controversia.

De Mediis hunc finem acquirendi, quæstio est principaliter, an & quatenus circa hæc dissideant.

Hypothesis.
Medium Salutis ex omnium ni fallor sectis quæ Chianorum nomen vindicant, confessione est Meritum Salvatoris, CHRISTI JESU.

Ergo hactenus dissensus non est de fundamento Salutis æternæ acquirendæ: sed de modo fortasse: qui tamen magis ad theoriam facit, quàm ad praxin ipsam & in officio ac cura circa Moribundos.

Methodus Theologiæ Chianæ docendæ non est Synthetica, à principiis ad principiata, quæ quælibet secta sibi fingit, neq definitiva quæ disponit tm, nihil indagat.
Sed Analytica, à Fine per Objectum ad Media quia Theologia est pars Prudentiæ Chianæ adeoq Practica disciplina, ō Theoretica.

Mysticæ Theologiæ methodus est magis practica & ad usum praxis Christianæ accommoda.

Hæc tractatio constat duabus partibus: generali, quam tractavi sub titulo Prudentiæ Juris Christianorum. Et speciali, quam conscripsi de Pactionibus Juris divini.

Quæ duæ si conjunctim tractarentur, singulis major lux in intellectu, & major vis bonæ voluntatis oriretur: & in universum tandem via ad concordiam Ecclesiasticam facilius sterneretur.

Conf. Ulr. Huberi dissertationes Juridicae Theolog. VII. de Foederib. testamentis, liberationibus, satisfact. acceptilatione, jure crediti divini &c. 1688. Act. Erud. 88. p. 471.

Jo. Schilteri

Commentatio ~~[illegible]~~ de Pactionibus Divini Juris.

Cap. 1.

De pacto Legis & pacto Evangelii, atq utriusq pacti effectibus propriis.

Aph. 1.

Pactiones generatim aliae sunt privatae, aliae publicae: speciatim verò pacta divini juris eandem divisionem recipiunt, alia enim pacta Deus ter O. ter M. cum universo genere humano pepigit, alia cum singulis. Prioris generis sive publica imprimis duo sunt, pactum Legis & pactum Evangelii, illud justitiae est, hoc gratiae.

Ἔκθεσις.

§. 1. ~~V. S.~~ §. 1. Pactum, à pagendo seu pangendo h. e. conjungendo & conserendo dextras, atq exprimendo ac confirmando consensum mutuum nomen habet. Sicut complodere manum suam alteri pro fidejussione dicit Salomon Prov. VI. 1. & Latinus apud Maron de Senea lib. VII. ait:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Hebraicè vocatur Berith, pactio, foedus, ut pacta cum morte fecisse jactant impii apud Esa. XXVIII. In pactum aliquem secum adducere, 1. Sam. XX. 8. Vinculum foederis seu pacti, Ezech. XX. 37. h. e. obligatio, quae Ictis juris vinculum definitur. Graecis συνθήκη & διαθήκη, ~~[illegible]~~ haec enim promiscuè de pactis & conventionibus accipi Phavorinus Grammaticus, docet. & conf. Isidor. Pelusiot. lib. 2. Ep. 196. Sicut & Tasta,

Foedus

menti vox etiam pro pacto scripto, charta vel instrumento in LL. Francorum & Germanorum usurpatur, sic dictum quod de ea re vel testimonium ferret, vel testium nomina contineret, ut ait H. Speelman. in Glossar. Ita testamentum venditionis in LL. Ripuariorum. Testamentum auctoritatis in Formul. Marculph. Terra testamentalis, quae scripturae testimonio data & concessa. †

† Vocabular. MS. Erhardi Guntheri Argent. Latino-Germ. anno 1435 compilatum: Testamentum, glube vel bezügunge. ubi glube est gelübt, pactum

§. 2.

Pactum seu conventio est duorum vel plurium consensus in idem placitum, l. 1. §. 2. ff. de pact. Placitum Jctis est, quod Scholastici Volitum vocant, quatenus voluntas, ut principium actionum voluntariarum, indifferentiam suam atque libertatem liberè determinat ad alterutrum, quod ei prae altero placet atque ab eo hinc eligitur. Porrò Objectum hoc voluntatis duplex est, vel potentia, facultas, ac jus agendi aliquid: vel impotentia agendi, necessitas ac obligatio aliquid praestandi aut patiendi. Hic actus voluntatis sese determinans ad objectum, † est vel simplex & unius suppositi aut personae, vel duorum pluriumve. Placitum unius personae est OBLATIO, & promissio ὁμόπλοβρ absque alterius individui, petitione aut acceptatione expressa, aut DEO, sive Ecclesiae & causis piis fit, atque VOTUM dicitur, aut Reipublicae & POLLICITATIO appellatur, tt. ff. de pollicit. & vot. tt. x. de vot. L. 108. §. 1. ff. de V. O.

Defin.

† sive determinatio ista obligat & circumscribit suam voluntatis libertatem & dicitur Promissio. Quod iterum

Divisio objecti.

Stipulatio ἐ δίπλοβρ irrogatio, petitio & promissio.

Promissum δίπλοβρ, duarum personarum consensu h. e. acceptatione, vel petitione, alterius, factum, dicitur pactum aut conventio. Consensus alius est expressus, alius tacitus, hinc & pactum aliud expressum aliud tacitum.

Pactio

§. 3.

Omne pactum parit obligationem per se ac jure naturali ac divino plenam ac perfectam, quod etiam obligari in conscientia vocamus. Etsi Romana Lla-

Effect. Obligatio

tio

†

Atq hac sententia de promissione vitae aeternae ex lege etiam, continuasse in Ecclesia Hebraeorum patet ex interrogatione adolescentis Matth. XIX. 16. Quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? De hac via salutis ex lege, quaesivit Salvatorem Nicodemus Joh. 3.

Quamobrem temperanda fuerit doctrina Herberti Thorndicii de rat. ac jure finiendi controversias Ecclesiae, cap. 3. pag. 42. Regnum coelorum, veteris foederis lege promissum non fuisse. Etsi enim in lege Mosaica imprimis promissiones terrae sanctae extant, propterea tamen ex lege primaeva, in Mosaica etiam contenta, non excluant.

‡ Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea homo, vivet in ipsis.

comedendo ~~pomo~~ de ligno scientiae boni & mali, IN QUOCUNQUE DIE COMEDERIS EX EO, MORTE MORIERIS. Gen. 2, 17. c. 3, 3. Supplenda fuerit ex repetitione ad Populum Israel: CUSTODITE LEGES MEAS ATQUE JUDICIA: QUAE FACIENS HOMO, VIVET IN EIS; EGO DOMINUS. Levit. 18, 5. Id quod confirmat S. Paulus Rom. X. 5. Moses scribit de justitia, quae est ex lege: Quod qui fecerit illa homo, vivet per illa. Eodemq refert quod Ezechiel XX. 11. habet Gal. 3, 12. ‡ de quo loco confer, si lubet, infra Cap. IV ~~Aph. 8.~~ per tot. ✝

§. 2.

Obsequium perfectissimum consistit maximè in amore DEI & charitate proximi exactissima. Docet id Lator ipse O. M. Deut. VI. 5. Diliges dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Atq hoc esse primum ac praecipuum praeceptum respondet Salvator Marc. XII. 29. sqq. In quo ἡ καρδία, Cor, videtur denotare appetitum sensitivum ac inde oriundum primum motum: ἡ ψυχὴ verò intellectum sensitivum, phantasiam & cogitationes, quae rationes dubitandi in rebus agendis objiciunt, & subtilitates distinctionum carnis saepe fingunt, ut alibi dictum de Judicii divini & humani differentiis ἡ δ' ἔννοια, mentem, naturam hominis intellectualem, Intellectum & Voluntatem comprehendentem, qua prima suggestio & rationes sensitivi intellectus examinantur & deciduntur. ἡ ἰσχὺς, facultatem membrorum locomotivam executivam, utriq & rationis rectae & appetitui sensitivo subjectam, quae decisionem alterutrius & praevalentiam exsequitur.

Aph. III.

Transgressâ lege à primis hominibus, obli[illegible] ad pœnam mortis corporalis & æternæ ~~[illegible]~~ extitit, & transmissa fuit in omnes epid[illegible] naturæ corruptæ posteros: vicissim ex p[illegible] DEI ortum jus exigendæ utriusq pœnæ.

§. 1.

Lib. arbitr. Cum protoplastæ habuerint in natura integ[illegible] & incorrupta liberum arbitrium, ut potuerin[illegible] conditionem pacti legalis ~~&~~ aut adimplere finemq salutis assequi, aut non implere: ita posteriore per seductionem Satanæ, facto, no[illegible] tantum ipsi rei facti utriusq pœnæ, temp[illegible]ralis & æternæ, sed etiam posteri eorum

Peccat. orig. Quicunq enim participes sunt naturæ co[illegible]ruptæ, à DEO aversæ, Eiq inimicæ, illi D[illegible] placere non possunt, neq legi divinæ obseq[illegible] Neq obest, quod ignorantes fiant participes corruptæ naturæ. Sufficit enim quod sin[illegible] participes illius & alieni à DEO, & natur[illegible] istâ corruptâ utantur atq gaudeant. Ut enim bestiæ venenosæ ob hanc ipsam naturam suam à conversatione hominum exclu[illegible]duntur, ita nec homines in statu naturæ corruptæ & irregenitæ societatis cum DEO participes esse queunt.

§. 2.

Reatus Hic est REATUS ille, quem vocant, & in q[illegible] omnes homines nascuntur, ~~[illegible]~~ & in regen[illegible] demum tollitur ~~[illegible]~~ + Est autem vocabulum hoc cum aliis plurimis, à Jctis mutuatum quibus Reatus est status reorum condemnandorum aut absolvendorum. [Ait Ulpianus: Is qui in reatu

+ per absolutoriam sententiam, quum notorium sit, homines omnes nasci peccaminosos, adeoq regulariter condemnandos. [Quinctilianus L. 8. Instit. c. 3. tradit, vocem hanc à Messala primum usurpatam. l. fi. ff. ad L. Jul. Maj.

tio non omnem obligationem naturalem cum effectu civiliter agendi receperit, actionis ~~nulla~~ formulâ nullâ prodita, ut ex pactis nudis, l. 10. π. de O. & A. Verùm etsi de obligatione hominis nulla est dubitatio, an in DEUM tamen cadat obligatio, sunt qui dubitant. Atq ratio est, quod libertas omnimoda, nullo modo circumscripta, & omnis impedimenti ac defectûs nescia in DEUM, eumq solum, ut Ens liberrimum, cadat; adeoq omnem obligationem sive necessitatem agendi aut non agendi excludat. + Verum enim verò & hoc certo certius est, promissa divina, creaturis postea facta, certo adimpleri, atq eorum adimpletionem indubitato & postulandam & exspectandam esse: sed & adimpletionem promissi divini ex obligatione dependere dici, itidem est in confesso: nec invit. DEO O.M. quippe qui etiam jurejurando promissa stabilire solitus. At quemadmodum ipsius jurejurandi natura propriè in DEUM non cadit, quo superioris vindictæ non subjaceat, sed tantum per analogiam; similiter & obligatio simplex non propriè de DEO, sicut de homine & creatura enunciari potest. Causa autem, ob quam ex parte DEI promissa ejus sunt infallibilia, & non possint non adimpleri, non obligatio ac necessitas quædam est aut dependentia ab extrinseco aliquo principio, id quod obligationis conceptus involvit: sed ipsa convenientia promissi cum natura divina est causa infallibilitatis promissorum & pactorum divinorum. Planè Lactantius lib. Ira DEI, cap. XV. admodum incommodè loquitur: Consideremus, inquiens, divinam necessitatem. nolo enim naturam dicere, quia DEUS noster nunquam creditus natus. Sanè Naturæ vox perpetuo usu Ecclesiæ & Scholæ non ita durè de DEO dicitur, quàm Necessitatis, quippe quæ libertati divinæ contraria.

ex parte DEI

+ Unde etiam ex eo, quod DEUS O.M. ab æterno præcognovit, aliquos ex Angelis & homines lapsuros esse, haud cadit obligatio in DEUM, ad intermittendam istorum creationem, ~~ad~~ eamq cum libertate arbitrii; atq ex mera liberrima voluntate si lapsi fuerint, jure suo utitur DEUS, ut ex eadem massa fingat vasa in ignominiam, & ostendat iram & notam faciat potentiam suam, quod S. Paulus intendit ad Rom. 9, 19. 20. atq hic est abyssus divitiarum & sapientiæ & ~~[illegible]~~ cognitionis DEI, nec quisquam fuit prior, qui aut stipulatus fuerit, & cui promiserit DEUS ab æterno, quò minùs hâc viâ ingrederetur, aut quid DEO dederit, quo obligatus vicissim creaturæ fuerit, ait idem c. XI. 33.

§. 4.

De pactorum divisione Ulpianus l. 5. de pact. ait: Conventionum tres sunt species, aut enim ex publica causa fiunt, aut ex privata: privata aut legitima, aut jurisgentium. Publica conventio est, quae fit per pacem, aut quoties inter se duces belli quaedam paciscuntur. Pacta quae inter DEVM & homines intercedunt itidem vel ex causa publica fiunt, quae universum genus humanum & totam societatem concernit, vel privatorum ac singulorum tantum causam ac salutem, de his privatis c. v. postea, nunc de publicis†: Quae quum ~~[illegible]~~ plura sint, duo praecipua praeprimis videamus, de caeteris suo loco & ordine. Ista porro sunt Pactum legis & pactum Evangelii: illud justitiae est, hoc gratiae: ~~illud est~~ utrumque etiam Legis suo modo habet rationem.

§. 5.

Neque enim pactum & lex sese invicem tollunt, sed sunt compatibilia. Marcianus H. Demosthenis laudat definitionem juris l. 2. de LL. quod sit συνθήκη κοινὴ communis pactio: Νόμος ἐστὶν, ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι, διὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. i. Lex est, cui omnes obtemperare convenit, cum ob alia multa tum vel maxime eo, quod omnis lex inventum ac munus deorum est, decretum vero prudentum hominum, coërcitio eorum quae sponte vel ignorantia delinquuntur, COMMVNIS SPONSIO civitatis, ad cujus praescriptum omnes, qui in ea Rep. sunt, vitam instituere debent. Abinde & Papinianus suam mutuatus est definitionem: Lex est commune praeceptum: virorum prudentum consultum: delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio: communis Reip. sponsio.

Sic

Pacta publica

divina

† quae & FOEDERA appellantur:

Legis & Evangelii.

Lex & Pactum conveniunt:

1179

Pacty

Francis Salijs Lex Salica & Pacty Legij Salicæ promiscuè usurpantur. Et Pactus proteatore pacis dominorum Childeberti & Chlotarii Regum &c. 593. Pactum Francorum, Legem Ripuariorum appellari St. Baluzius Not. ad Capitular. pag. 995. docet. L 1144

§. 6.

diffe, runt. Planè non perdqre eadem sunt, Pacta, Lege Lex enim etiam absq; consensu subditorum fit valida: pactio, non item Ratio est, quòd Lex vi potestatis Legislatoriæ obligat etiam invitos, pactio autem non nisi consensu mutuo & acceptatione. † Hoc verum est simpliciter quod vulgò fertur brocardicum: Legem non accepta non obligare; sed tunc demum, cum populus tam ac Principem aut saltem potestas Legislatoria est, velut Lex Romanis erat, quod populus Romanus Senatorio Magistratu rogante constituebat, §. t. §. de J. N. §. C. antequam populus per Legem Regiam omnem Legislatoriam potestatem in Principem refunderent. Quo sensu Julianus ait: quod de nullis non aliis ex causis nos teneant, quàm quod judicio populi recepta sint. L. 32. §. 1. de Ll. † Quamobrem Legis dictum pactio magis Lex est, pactio verò Evangelii ad pacti naturam magis accedit. Nam Pactum Legis est ipsa Lex naturalis omnium hominum mentibus inscripta & promulgata, omnes omnino obligans, etiam invitos unde contra conscientiam agere dicuntur, qui Legi obligationi contravenirent. Pactum Evangelii etiam de natura Legis participat, unde S. Jacobus appellat dicit Νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας cap. 1, 25. & c. 2, 12. & S. Paulus νόμον πίστεως Rom. c. VIII. 2. 3, 27. quatenus enim legem amicitiæ continet, lex est & publicata, etsi à paucioribus acceptatur. Ea promulgata fuit statim post lapsum humani generis

Pars populi ad unum vel plures translata, ceteros, velut subditos,

† Verumenimverò probè hoc observandum est, quod Pactum populi inter se sit prior Lege, speciatim dicta, Nam quum populi singuli ab initio conveniunt inter se de Republica sive Regia sive Aristocratica sive Democratica sive Mixta ejus, aut de modo administrandi absolutè vel restrictè; id sive dictio Conventio fuit & pactio populi: at Lex prima fundamentalis Reip. secuta postea in Regno restricto Capitulatio, quæ itidem est pactio sed hæc fundamentali secunda. Sic & Recessus Imperii, qui per modum contractus inire dicuntur & Conventiones sunt & Leges; at itaq; Lex sit pactis pactionis, ut ex allata definitione etiam apparet.

§. 7.

† Sed verò in Regno non tantùm, sed & in aliis Reipublicæ formis ubi penes Senatum, sive Aristocratiam sive Democratiam, est potestas Legislatoria, Lex non est consensus omnium, sed obligat subditos etiam invitos.

† Rom. VII. 23. Hebr. VIII. 10.

* Ita Notkerus Labeo Abbas S. Galli πλὴν ἐν τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ μου Psal. 118, 33 Verba S. Scripturæ: Legem pone mihi Domine: viam justificationum tuarum. Jezze mir zeg"o frumen vil an mînemo herzen per legem fidei, diu den man wil legen tuot, uuanda der uuillîgo ze ist amicus legis, dot er tuot opus legis. Daz er ioh Karno uuisse ungeboten, ea demo ze euuert er mandatum operis uuanda er inmanuuillîg ist voluntatis. *

(promisso Messia Mediatore,
quum in Paradiso, status gratiæ & reparationis
Domino instituerentur: Semen mulieris conteret
caput serpentis, Gen. III. 15. luculentius repeti
vix nato & uncto Sancto Sanctorum ab ange
toto exercitu cœlestis militiæ: Δόξα ἐν ὑψίστοις
Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία
Ubi duæ partes formulæ Pacis cernuntur, præm
divinæ clementiæ præconio, una continet
& amnestiæ universo mortalium generi
factam oblationem, ἐπὶ γῆς εἰρήνη. altera
acceptatæ pacis & amnestiæ singulorum fidelium
κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ adopta
Eph. 1, 5. quarum prior naturam legis obti
posterior vim pacti & assensus fidei non d
gati, & magis vim pacti privati inter
& singulos, de quibus infra suo loco. N
de pacto Legis seu justitiæ videamus.

Aph. II.

Legis causa finalis, quam Deus intendit p
mulgans eam hominibus, fuit salus o
genæ generis humani. Media finem
consequendi sunt actiones morales legi e
conformes. Formula itaq pacti Leg
est: FAC HÆC, ET VIVES: SIQUICQUAM
TRA COMMISERIS, MORIERIS IN ÆTERNUM
Effectus primo est obligatio ad implendam
exactissime legem universam: secundo o
gatio ad pœnam æternam & mortem c
poris & animæ, siquid contra peccatum fu
Ex parte Dei oritur ex priori obligatione
exigendi obsequium perfectissimum, † ex p
riori, jus exsequendi pœnam & mortem tem
poralem & æternam l.

† quo facto, obligatio ad vitam perpetuam & æternam.

Ἔκθεσις.

§. 1. Formulam illam Legis promulgarat Deus ju
tum in Paradiso, cum legem quoq singularem de
con

reatu decedit, integri status decedit: extin-
gitur enim crimen mortalitate: nisi forte
quis Majestatis reus ~~sit~~ fuit. nam hoc crimine
nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco
vindicatur. ubi D. Gothofredus annotat: Reatus,
apud Jetos, reorum est status, sive rectè sive malè
accusati sint: apud Theologos est obligatio ex
peccato vel delicto: quo sensu Tertullianus L. 1. adv.
Marcion. scripsit reatum animæ. & L. 2. adv. eund.
reatum patrum in filios redundare. hæc ille.
Scilicet quod Ulpianus ait, integri status esse
regulariter reum sive de crimine accusatum,
id non ἁπλῶς & absolutè de innocentia est
intelligendum, sed κατὰ τί, quod nondum
sit in statu servitutis pœnæ & condemnatorum
ad certam pœnam. Rationem adjicit: quia
crimen mortalitate extinguitur. h.e. pœna
morte rei ita extinguitur, ut ab eo, non am-
plius exsistente, sumi non possit, corporis sci-
licet afflictiva, quippe quod sensu caret. Itaq
non omnis criminis pœna morte tollitur
velut læsæ Majestatis, & omnium, in quibus + confisca-
tionis pœna competit, ubi reatus redundat
quodammodo ad successores vel heredes.

+ famæ &

§. 3.

Diff. reatus ~~juris div.~~ & hum.

In foro animæ versamur ~~et~~ circa reos læsæ
Majestatis divinæ & eorum posteros, atq quum
hoc crimen non extinguatur morte, sed ipsius
pœna in ipsa mortalitate temporali & æterna
consistat†; itaq consequens est, quod reatus spi-
ritualis hactenus a civili differat, quod ipse
non sit integri status, sed utiq status con-
demnationis & obligationis ad mortem, nisi
per Christum Salvatorem condonetur.
Sed hæc de re infra de regenitorum reatu
plura. Aph. IV. §. 8.

† idq per sententiam condemnatoriam summi
Elatoris in Paradiso;

§. 4.

obligatio permanet

Etsi porro natura generis humani, propriâ ho-
minis culpâ corrupta cernitur, ut legem a
implere non possit, permanet tamen nihilo
obligatio illa primæva ad perfectissimum ob
quium. Ne existimetis, ait Salvator Mt. 5
17. 19. quod venerim ad destruendam Legem a
Mt. 5, 19. Prophetas. Quisquis solverit (credat, doceat
obligare amplius) unum ex mandatis hisce
nimis, & docuerit sic homines, minimus vocab
in regno cœlorum: quisquis autem fecerit
docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlo
Minimus in regno cœlorum is videtur ianui, q
Apostolus 1. Cor. 3, 15. cujus opus, doctrinæ super
damentum solidum superstructa, ex ustum fuer
damnum patietur, dogma rejicietur, ipse ver
salvus fiet in regno cœlorum, sed sic tanquam per
ignem, postquam ἐν φόβῳ conversus & salvus fa
ex incendio raptus, ut S. Judas loquitur v. 23
conf. Esa. XXXIII. 14. & c. 1. fi.

§. 5.

Hebr. 7, 18.

Neque detorquendum est, quod Paulus ad Ebræos c. 1
18. juxta datam sibi sapientiam scripsit: Ἀθ
τησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς δι
τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές. ~~ex~~ non e
sensus est, Legis moralis obligationem esse abro
tam per Salvatorem, id quod Salvator modo n
gabat; sed Legem, quatenus medium salutis a
quirendæ, vel acquisitionem salutis per Leg
esse sepositam, † οὐδὲν γὰρ τελείωσεν ὁ Νόμος
nihil enim ad perfectionem adduxit Lex
h. e. neminem perfectum reddere Lex potuit
ut salutem sui impletione mereretur. M
sufficiens etenim est externa honestatis nat
ralis & Legis observatio ad satisfaciendum o

† ἐδὲ δὲ τὸ αὐτῆς ἀσθενές, quia hoc me-
dium imbecille est propter naturæ cor-
ruptæ imbecillitatem, καὶ ἀνωφελές,
& consequenter inutile:

ligati

ligationi Legis, quam Pharisaei, itemq Philosophi ut medium salutis & reconciliationis cum Deo docuerunt: & quam inanem deceptionem Apostolus dicit ad Coloss. 2, 8. & Salvator reprobat Matth. V. 20. Luc. XI. 39. sqq. Etsi enim Lex impossibilis amplius est mortalibus impletu, tamen quia impossibilitas ista culpâ mortalium ~~[illegible]~~ contracta est, naturam liberè ac voluntariè corrumpendo, jus exigendi Legis impletionem etiam à natura corrupta permansisse Deo intelligitur. Neq propterea alicujus injustitiae Deus O. M. incusari poterit, quum aliud salutis medium idq χρηστὸν ἢ ἐλαφρὰν, commodum & leve, Matth. XI. fi. humano generi statim proposuerit, ~~[illegible]~~ κρίττον & διαθήκης ἔγγυον Jesum, Hebr. VII. 22. melioris pactionis expromissorem. Qua de re deinceps.

§. 6.

Illud modò adhuc addendum. Cum S. Scriptura & imprimis Apostolus de Lege Legisq obligatione loquitur, non ~~tantum~~ Legem intelligere divinam naturalem sive moralem, homini concreatam, sed etiam divinam positivam in Republica Hebraeorum, tam sacram sive ceremonialem, aut Leviticam, quam civilem aut politicam. Sed de obligatione harum specierum diversimodè habendum: Moralis utiq omnes omnino obligat: positiva duntaxat Hebraeos obligavit, etiam Antemosaica, veluti de Sacrificiis & Circumcisione, V. Galat. IV. 9. c. V. 2. 3. Sed quum Moses Legem moralem & positivam non separatim tradiderit, difficile est, ea quae ad hanc

Gal. 3, 18.

& quæ ad illam pertinent, discernere. Ita Le
de Sabbato est moralis, sed continet etiam aliqu
positivi, quod ad solos Hebræos pertinet, & in
dispensatio locum habebat, Matth. XII. 4. Joh. V. 10
c. VII. 23. Galat. IV. 10. Itemq de Usuris, quantum
usurariam pravitatem, moralis est prohibiti
quod Hebræis erga Hebræos simpliciter pro
interdictæ, civile est. Idem de prohib
tione graduum in nuptiis contrahendis ali
statuunt Moralistæ, qui etsi circa istu
discrimen occupati sunt, necdum tamen
extricata est.

APH. IV.

Sequitur altera divinæ pactionis pub
species, quæ gratiæ est, pactum EVA
GELII. Ejus finis idem est, atq Legis prim
nempe Salutis, sed amissæ & per Legem abju
catæ reparatio. Medium est obla
per prædicationem Evangelicam satisfac
nis & legis impletæ per Mediatorem ex
una parte, & acceptatio seu non repugn
tia oblati, quæ Fides dicitur, ex alter
Formula hujus pacti est: CREDE ET VIV

§. 1.

Deplorandum generis humani lapsum m
insequitur ex infinita DEI Creatoris O. M
misericordia erga creaturam suam Pact
Evangelii, † haud nuda & simplex, sed jur
Hebr. 7. fi. jurando firmata est. Apostolus ad Ebr. VII. fi.
Legi contradistinguit τὸν λόγον τῆς ὁρκωμοσ
τῆς μετὰ τὸν νόμον, Erasmus: sermonem jurisj. qui sup
legem fuit. Lutherus: Nach dem Gesetz, sequut
Vulgatam, rectius Erasmus, ut patet ex commate
ub

† Quæ sæpe simpliciter vocatur ἐπαγγελία, promissio
pactio, Rom. IV. 14. 16. Gal. 3, 17. 18. & ἐπαγγελίας, tr. 16.
& 21. Verum

ubi docetur, Legem Mosaicam accepisse populum Hebraeorum post promissionem hanc juratam Evangelii: quod luculentius habetur ad Galat.

Gal. 3, 17. III. 17. Διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς ~~νόμος~~ νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Quam enim antea dixerat τὸν λόγον τῆς ὁρκομωσίας, promissionem juratam, hoc loco appellat διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, testamentum, vel pactum mortis causâ, à Deo in eventum mortis Messiae ante auctorisatum, non potest invalidare Lex lata annis quadringentis & triginta postea, ut promissionem prioris pactionis tollat.

§. 11.

Accipitur hîc Legis vocabulum iterum pro Lege Mosaica, non tantùm Morali repetita, sed & civili & sacra seu ceremoniali: Haec lata est juxta Calvisii computationem A. O. C. 2453. ante N. C. 1495. promissio autem Messiae & pactum Evangelicum Abrahamo repetitum incidit in annum O. C. 2023. ante N. C. 1925. quo Abrahamus peregrinationem suam jussu divino coepit. Etsi

l. 27. §. 2. π. de pact. verò lex posterior derogat priori, & pactum posterius ~~[illegible]~~ prius elidit, si contrariâ voluntate atq intentione hoc agitur: acutiquam tamen si pactum posterius priori adjectum est, ut confirmet. Quare non potuit lex Mosaica, etsi posterior abolere pactum Evangelii prius, ~~[illegible]~~ ita ut promissionem de Messia tolleret, quippe quum προσετέθη adjecta tantum fuerit τῶν παραβάσεων χάριν, ad magis revelandas transgressiones legis moralis, adeoq ad manuducendum ad Messiam Mediatorem.

§. III.

Porro pactionem Evangelii juratam dicit Apostolus id probari ex Ps. CX. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: TU ES SACERDOS, Mediator, sacrificium, nostri, sacrificium & pontificium typicum. Meminit hujus juramenti etiam Angelus ad Abrahamum Gen. XXII. 16. loquens: Per memetipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi — & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod & ratum Dominus Abrahamo asseverat: Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno. Sed & statim ab initio post peccatum Protoplasti per prophetias Patriarchalis cap. XII. — in te benedicentur universæ cognationes terræ. Mentionem hujus pacti jurati etiam Zacharias Luc. I. 72. sq. ut per duas res immutabiles, pactionem & jusjurandum, in quibus fieri non posset, ut mentiretur Deus, validam consolationem haberemus, ait Apostolus ad Hebr. VI. 17. sq.

Ps. CX. part. jurat.

§. IV.

Pactionis Evangelicæ est salutis alterius reparatio & cum Deo consociatio. Modus hujus pactionis ineundi ex parte Dei est interpositio Dei Filii JESU CHRISTI, qui homo factus sanguinem acquisitæ gratiæ reconciliati Dei Patris, eidem humano generi obtulit. † Ex parte hominis est acceptatio quæ Fides jam concepta & salutifera est. Formula est itaque: CREDE ET VIVES. vel ut eam Christus ipse potuit: Μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, Marc. I, 15. † Totum scilicet conversionis negotium plures actus continet, quorum unus est justificatio. Formula Concordiæ pag. 687. Non, inquit, unus † illorum est de conversione

Formula pacti Evang.

Regeneratio Conversio Justificatio

† Hæc obiecta est quæstio, an Deus etiam absque Filii sui satisfactione potuisset omnino gratis condonare generi humano peccata? quia ea non ita voluit, igitur aliter fieri non potuit, id quæ ratione pars dicitur & humani regulam, ut pro criminibus sit satisfaciendum.

Formula Lucubrantium Marc. cap. 16. Qui credideri & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Apostolus ad Rom. X. 6. ff. ex legis formulam, etiam Evangelicam pactionem exponit, applicans ad eam verba Mosis Regenerationis & Deut. XXX. 12. ff. de Lege Messiæ alias loquentibus, ait: Justitia quæ ex fide est, ea sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? i. e. Christum ex alto deducere. est enim factum Verbo & Sacramentis per Fidem habendum. Nam si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitavit a mortuis, salvus

hominis, & de Justificatione ejus agere. Non omnia illa, quæ ad veram conversionem requiruntur, etiam ad justificationem pertinent. Ad justificationem enim tantum hæc requiruntur atq; necessaria sunt: Gratia Dei, meritum Christi, & Fides. Fidem porrò regulariter præcedit agnitio naturæ corruptæ, desiderium certitudinis viæ salutis, non-repugnantia & auscultatio seria prædicationis Legis & Evangelii, contritio ob naturæ propriæ corruptionem & peccata commissa, attentio ne qua conceptio fidei ex semine Verbi impediatur. Fides porrò concepta est meriti oblati & satisfactionis acceptatio, applicatio & fiducia in Christum Mediatorem. Hanc sequuntur charitatis opera, sanctificatio & renovatio quotidiana. Regenerationis vocabulum quandoq; strictius accipitur pro Justificatione, F. C. pag. 585. conf. Prud. Jur. Christ. c. IV. 3. Sicut & vox Justificationis pro Sanctificatione à nonnullis Patribus usurpatam notavit Dn. Spener. de Justif. pag. 1051. sqq. & pag. 1179. Sed & Apostolus jam dudum *

§. V.

V. S. Porrò Justificationis vocabulum forense dicitur. Atq; Romanis quidem in usu non fuit: neq; hodie in foro ita usurpari solet: sed imò in contrarium pro punitione administrando justitiam. Unde recte F. C. pag. 585. ait, vocabulum hoc phrasi scripturæ sacræ in hoc articulo idem significare quod absolvere à peccatis. Scilicet Græcum verbum δικαιοῦσθαι ita fuit translatum, atq; eatenus forensis significationis esse dicitur. Ita justificare & condemnare opponuntur Proverb. XVII. 15. Qui justificat impium, & condemnat justum, abominabilis est uterq; apud Deum. itemq; accusare & justificare Rom. VIII. 33. conf. Deut. XXV. 1. Ψ. 82, 3. Esa. V. 23. c. XLIII. 9. B. Smidii disp. 1. de Justif. §. 2. sqq. Sed δικαιοῦν non significat justum reddere, sed jus reddere, justitiam administrare, jus dicere alicui.

Vide exemplum Lydiæ, quæ quam auscultaret Verbo, DEUS aperuit cor ejus, Act. XVI. 14.

Regulariter, inquam. Interdum enim hæc omnia etiam extra ordinem & per miraculum oriuntur, ut in conversione S. Pauli. Alias auditio debet esse τεταγμένη, ordinata, disposita ad vitam æternam, Act. XIII. 48. sine præconcepto animo reprobandi, ut Act. VII. XIII. 44. XXIII. XXV. c. XVII. 21.

Deniq; Conversionis negotium non totum Evangelii, sed & Legis est, atq; à Lege incipit, V. Form. Conc. pag. 709. 714. Cæterum

* in conversione sua justificatus, tamen non diffitetur 1. ad Cor. IV. 4. nullius quidem rei sibi conscium esse: sed per hoc, inquit, non justificatus sum, δεδικαίωμαι.

Δικαιοῦσθαι significat jus pati, accipere, abso[illegible]
aut condemnari, Recht nehmen oder Recht le[illegible]
Pariter Rechtfertigen proprie non est jus[illegible]
facere, quod esset potius Gerechtfertigen, [illegible]
secundum jus causam cognoscere & sententiam ferre
jure quem dimittere, post causae cognitionem
sive condemnando sive absolvendo: ¶ Qu[illegible]
quid verò sit, Justificatio in praesenti est li[illegible]
ratio, absolutio: † haec porrò dupliciter fi[illegible]
potest, aut enim absolvitur reus, quod ipse
satisfecit, aut quod alius pro ipso: illud f[illegible]
reipsa; hoc imputatione: prius est Legis,
hoc Evangelii: Atq sicuti oblationem
Gratiae & meriti alieni sequitur obligatio a[illegible]
acceptandum, & jus exigendae poenae aeternae
à contemnente; etsi enim hoc jus exigendi
primario ad pactum Legis pertinet, augetur
tamen poenae gradus accedente contemtu ad
versus promissionem Evangelii & gratiam oblat[illegible]
Hebr. x. 28. 29. Ita acceptationem gratiae [illegible]
meriti sequitur ex parte Dei imputatio j[illegible]
tiae ac satisfactionis Christi mediatoris: qu[illegible]
admodum vicissim Christo imputata peccata [illegible]
talium, eorumq reatus & poena. Esa. LIII. 6.

§. VI.

Conversionis actus s. partes: De reliquis actibus videamus. Cernitur porr[illegible]
in hoc toto Conversionis negotio ex parte Med[illegible]
Expromissio toris primò quidem sponsio seu Expromissio, sol[illegible]
vendi debiti vel poenae pro reo, genere human[illegible]
ipsa realis satisfactio, quae disciplina aut castigat[illegible]
pacis dicitur Esa. LIII. 5. atq Intercessio continu[illegible]
apud Patrem, Rom. VIII, 34. Ex parte Dei Pat[illegible]
Acceptilatio est Acceptilatio & Imputatio vel Reputatio (s[illegible]
haec in effectu eadem esse ostendit Dn. Spener. de
Justif. pag. 1165.) atq absolutio ab executione poe[illegible]
seu poenae peccatiq remissio. peccati inquam praeteri[illegible]

* vel jure agere, litigare, vel

¶ quomodo apud Romanos vulgò dicebatur, omnia judicia esse absolutoria, §. fi. J. de perp. & temp. act.

† Quo sensu & Legis justificatio impleta dicitur in regenitis per salvatorem, Rom. VIII. 4.

dei, abolitio reatus, in quo Lucteanus homo finit.

Fides

Tertio ex parte hominis, est sola acceptatio Ex-promissoris, quæ si non sequitur, acceptilatio non impedit repetitionem debiti. † Sic Ulpianus: Si quis accepto tulerit debitori suo, cum convenisset, ut EXPROMISSOREM haberet, nec ille det, potest dici, condici posse ei, qui accepto sit liberatus. l. 4. ff. de condict. ind. lat. Et Jacobeus l. 10. eod. objectâ ratione: quia nihil interest, utrum ex promissione numeratione pecuniæ ad eum finis causa, an per acceptilationem pervenerit. Quæ ac-ceptatio est ipsa fides habita de satisfactione & acceptilatione Dei Patris: aty habet ea peculiaris rationem, ac regulariter fit per Verbi receptionem & baptismum, Marc. ult. extra ordinem etiam ante baptismum, veluti in Cornelio & Sociis, Act. X. sed & in Catechumenis Verbi præcedit receptio S. regenerationis lavacrum. V. Spener. de justific. c. VIII. pag. 1384.

† Dei ex natura rei, quam exposuit H.

Mediatoris,

§. VII.

Porrò quum fides ipsa etiam sit donum Dei; quum homo non eligat Mediatorem, sed Mediator hominem, dicente ipso Mediatore, Joh. XV. 16. Et Apostolo: Non volentis est, nec currentis, sed miserentis Dei. Rom. IX. 16. † Itaq; cavendum est, ne absolutum electionis aut reprobationis decretum admittamus, sciendum, ipsam fidem Dei opus esse & conferri hoc donum à Deo, i. e. magnum (Joh. VI. 29.) ad acceptationem ex promissoris Dei ducitur, nec sponte suâ aut motu proprio homo id præstare valet; potest tamen ac solet reniti mens, ductuve Dei; & quo posterior Reprobatio se, quitur, ex non-reniti entia verò Fides & Electio. Reniti entiæ proxima est suffocatio motus divini, ut in Felice Præside, Act. XXIV. 25. † Desiderium Dei x. XIII. 42. Atq; sicut Deus Novatianos absque ullo fructu, ita & Novatianos absque ullo fructu, ita & Novatianos absque ullo fructu, ita &

acceptatio hæc confirmatur postea repetito fœ-
dere baptismali in Sacra Communione corporis
& sanguinis Mediatoris, præviâ confessione quotidianorum
peccatorum & absolutione Sacerdotis. † Matth. VIII. IX.

Quare acceptationem sive fidem præcedere so, Zanchy
let agnitio obligationis, & à Lege requisitæ per-
fectionis deficientis, atq; adeò reatus sui, quæ
per concionem pœnitentiæ fieri dicitur.
Unde conjungi solet: Fuite pœnitentiam
& Credite Evangelio. Sequitur deinde li-
beratio à reatu, i.e. à [illegible] statu obliga-
tionis ad mortem æternam per remissionem
peccatorum commissorum. Paulus ait: οὐδὲν
νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, nulla con-
demnatio, sententia condemnatoria nunc in statu
regenerationis est adversus eos qui sunt in Christo
Jesu, ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς
ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, Lex enim spiritus vitæ
i.e. Evangelium, mediante Jesu Christo, libe-
ravit me à lege peccati & mortis, Rom. VIII. 1.2.
ab accusatione & sententia condemnatoria, v. 33.
à chirographo per satisfactionem Christi abolito
Coloss. 2. 14. Sustulit enim Christus illud jus legis
ne accuset, ne damnet eos qui credunt in ipsum,
Obsol. Cod. pag. 93. Chirographum i.e. testimo-
nium, instrumentum, confessio propriæ conscientiæ,
de obligatione ac reatu ob peccata patrata sub-
lectum est è medio in cruce solutionis: hoc anto
autem chirographo, tollitur obligatio; ex eo,
cæteris enim tabulis cautionibusve debitum solutum
esse comprobatur, ait Paulus Jc. l. 82. §. 3. de furt.
§. [illegible] XI.

Neq; liberatur regenitus ab obligatione & con- obligatio
demnatione ad pœnam æternam, non à con- obsequii
demnabilitate, ob relapsum & peccata subsequentia.
Liberatio enim intelligitur sub tacita conditione
perse- verte fol. seq.

† Neq; officit, quod Salvator Matth.
XXIV. 24. ait: Pseudochristi dabunt
signa magna, ita ut in errorem induca-
si fieri possit, etiam electi. Neq;
enim inde sequitur: si fieri non po-
ut electi in errorem inducantur, aut in
apostasiam; ergo electio fit ex abso-
dei decreto & arbitrio, ut non possint, e
relicti apostatare electi. Verum hic
locus conformis analogiæ Fidei: Non e
possibile, ut electus in apostasiam
catur, ex hypothesi, quia est electus, & p
tum divinum sæpe susceperit, in eum
decreverat. Etsi igitur tanta & tam magna
tentatio oriretur, cui electus per gratia
donum luctamen acquisitum non possit
sistere, seu tentationi cederet, succumb
vera pro veritate acceptans: Tamen
fieri propterea non potest, quia Deus
in tentatione præsens est electo, & non
ultra vires admittit, imo si admittit ma-
jorem gradum tentationis, auget pro ta
donum gratiæ & illuminationis, nec eu
Deus prius deserit humanum. Vide
in cæteris non-electis non augere p
tionem, quia aut nullam unquam
acceptarunt, aut priorem deseruerunt.
1. Cor. X, 13. 2. Cor. 12, 9. Jac. 1, 12. De quo
occasione in Scriptura dicitur. Ex parti
Marc. IV. 12.

§. IIX.

Gotscalci dogma.

Orta quidem fuit controversia hac de re ab Gothescaleo quodam, Monacho orbacensi, diœceseos Suessionensis in provincia Remensi Galliæ; qui ex peregrinatione redux, circa an. 846. in Italia docuit, quod prædestinatio DEI omnem hominem ita constringat, ut etiam siquis velit salvus fieri, & pro hoc fide rectâ atq bonis operibus certet, ut ad vitam æternam per DEI gratiam veniat, frustra & in cassum laboret, si non est prædestinatus ad vitam. ut quidem Rabanus A Episc. Moguntinus in literis ad Eberardum Comitem (unum è primariis Lotharii Imp. Optimatibus in Italia, apud quem iste hospitatus) quos exhibet Hincmarus Lib. de Prædestin. c. V. retulit. Invenit quoq assecles & defensores, inter quos etiam Servatus Lupus lib. de trib. quæstion. recensetur, & in Collectaneo de iisdem. Rabanus A Episc. mox an. 848. Ludovico Rege Germ. præsente Synodum instituit, in qua Gotscalcus condemnatus & ad Hincmarum remissus: qui Carisiaci instituit Synodum, ubi denuo Gotscalcus condemnatus. Nec defuerunt tamen qui causam Gotscalci adhuc defenderent.

§. IX.

Sane is in priore sua confessione præscientiam culpæ reproborum non inficiatur & quidem ut causam: Reprobos, propter præscita futura mala merita prædestinatos ad mortem sempiternam. In altera prolixiori similiter: DEUM prædestinasse tantummodo bona, non mala: & quos præscivit per ipsorum propriam miseriam in damnabilibus perseveraturos esse peccatis, illos prædestinasse ad interitum.

Serv. Lupi Sententia

Servatus Lupus contrà p. 228. scribit: Cæterum ubicunq de electione vel præscientia sive prædestinatione Apostoli loquuntur, quinaq DEUM propterea elegisse præscisse aut

praedestinasse quoslibet asserunt, quod praescierit eos devotos sibi futuros, & in eadem devotione mansuros, tam, etsi sint in aliis magnae auctoritatis, in hac sententia non sunt penitus audiendi, ne evacuetur divinae gratiae donum, si secundum humanum quanquam futurum meritum dispensetur. Verum enim verò videtur B. Lupus committere Fallaciam non causae ut causae: Nec enim futurum hominis electi meritum est causa electionis, quae sententia utique evacuaret divinae gratiae donum, à quo salus hominis dependet: Sed causa est, quod DEUS praevideat hunc hominem oblatam à DEO gratiam, per primaevum pactum Evangelii, non refusurum secâ renitentiâ. Neque restringenda est S. Pauli assertio de DEO: Qui vult omnes homines salvos fieri. scil. quoscunque ille salvare voluerit. Eho! limitationes tales rejiciunt Logici, quae tollunt ipsa subjecta & involvunt contradictionem in adjecto: omnes homines. Et: non omnes homines, sed tantum eos quos vult. Hoc enim tenendum probè: deum per pactionem Evangelicam omnibus obtulisse gratiam ac facultatem eam acceptandi: eoque ipso revera voluit omnes salvos fieri, etiam quos praevidit, non accepturos. Vid. Domn. Mabillon. Praef. P. II. Actor. Ord. S. Bened. c. 2. St. Baluz. in B. Lup. G. Cave Hist. Script. Eccl. Seculo Photiano.

§ X

vid. sup. Fol. anteced. 6.

perseverantia in fide & charitate, ad eoq; re-
stringitur ad hos, qui non secundum carnem
vertamur, sed secundum spiritum, Rom. VIII. 1. 4.
Quia imò, si relapsus fuerit regenitus à justitia sua
& fecerit iniquitatem, non erunt in memoria
justitiæ ejus, quam fecit, Ezech. 3, 20. Quemadmod.
enim fidem antecedit agnitio debiti aut re-
atûs; ita eandem sequitur obedientia in posse-
rum legi debita, hoc est, quod Apostolus dicit:
"ινα το δικαίωμα του νόμου πληρωθῆ, ut justifi-
catio Legis impleatur, Rom. VIII. 4. videlicet in
quantum quisq; facere potest pro ratu gratiæ
per regenerationem concessæ & per quotidianam
renovationem auctæ. Hæc est lex Regia
quam quilibet renatus perficere enitatur se-
cuter, ~~se~~ monente S. Jacobo cap. 2, 8. & lege
pacti novi, quæ posuit in mentem renatorum
dominus, secundum vaticinium Jeremiæ c. 31, 31.
quod repetit Apostolus ad Hebr. VIII. 8. c. X. 16.
§. XII.
Enimvero fidei proprium est activitas per cha-
ritatem. In hos enim nulla condemnatio locum
habet, qui ambulant secundum spiritum, Rom.
VIII. 1. 4. fructus autem spiritus, quibus revera
renati, sunt charitas, pax, magnanimitas, tempe-
rantia &c. Galat. V. 22. charitas autem est
impletio Legis, Rom. XIII. 8. 10. & perfectio, quam
Salvator dicit Matth. V. 48. & Apostolus ad Philip.
3, 12. 15. quòd urget Jacobus c. 2. quod ex factis
justificetur homo, & non ex fide tantum, quippe
quæ sine charitate & activitate per charitatem
mortua est. ~~Perdebant~~ Scribebat enim Jacobus
adversus pseudochristianos, statuentes, fide solâ
h. e. nudâ notitiâ nos salutem consequi posse,
& ab obligatione & obedientia Legis moraliter plane
liberatos esse: Igitur oportebat veram fidem urgere,
cujus fructus sunt bona opera. (cum verbis eadem verbis

Jacobus a Zebedæi, Johannis frater junior autor
(ad Hebræos gladio necatus Hegesipp.)
Philippi filius, in Epistola Catholica.
Jac. 2.

Tales li perseverantes demum ELECTI dicuntur,
ex & post facto inter homines, à priori coram deo
per præscientiam æternam, realiquam verò
ex nescio quo absoluto decreto, quod repugnaret
veritati divinæ, qua deus jurat, se nolle
mortem peccatoris, igitur nec eligere, rebelli-
onis & reprobationis causa ejusque hominis re-
batus. Haile enim est regnum cœlorum
sagenæ plenæ piscium, ex quo ἀναδεξάμενοι
τὰ καλὰ εἰς ἄγγεια· τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω
ἔβαλον, non pro habitu, sed quia isti erant rejiciuntur
boni, itaq; eligebantur, cæteri mali, rejecti,
docente Salvatore Matth. XIII. 48.

Lex regia

Proprium fidei

S. Paulo de fide justificante. Pseudodoctores de nuda
dogmatizabant a Jacobo breviter suadetur, non pro
fide Christi magna in pugnabant, & hominibus fidem
do justificandi actu, sed pro toto concurrere
tes Theologia / aliquot ea ipsa fuerant; ideo
catholicis & plurimum adhuc, quotidiano
S. Jacobo, qui praerat Ecclesiae Christianorum Hierosolymi
tranum coram Deo, & de eorum hominibus
Hebr. xv. fuisse erat, ut hoc dogma
defensa ac tuenda coarctatur ac diligenter
diligentius ac plenius [illegible] explicandum
retur. [illegible]. Huc etiam pertinet
quod interdum charitati quid tribuitur, quod
propriè & primariò fidei est. Sic Luc. VII.
dicitur: Multa peccata ipsi sunt remissa
quia multum dilexit. i.e. insignem fidem
habuit, actuosam per charitatis opera

§. XIII.

Illud observatu ad hunc non indignum addo: In
humano non admitti solet imputatio criminis alie
ut alius pro alio pœnæ publicæ corporali possit
tisfacere. Unde etsi Juda pro fratre Benjamin
dem Josephi constituerit, non tamen ad pœnam ca
talem aut vitæ privationem se obligaverat, pro
aliud genus pœnæ dum reciperet, quod à patre de
recidem erat, Genes. XLIII. 9. c. 44. 32. non capi
rocæ sepultur. At jure divino illud rece
fuit in negotio salutis generis humani. Qua
ratio diversitatis? Particulis fidei hoc esse de
bat, per fidem in meritum & satisfactionem J
salvari; adeoque ultra normam captum rec ration
humanæ. Deinde ut eò minus haberet gen
humanum, de quo conqueretur, quum mitis
agat Deus cum hominibus delinquentibus, qui
homines inter homines.

CAPUT II.

De communicatione effectuum utrinque pacti
propriorum.

§. 1.

Videmus effectus conjugii pacti proprios, qui in
versis naturæ humanæ statibus servantur, re
uti pacti legalis in statu naturæ integræ, cui

Ver
proxime fol. 19

† & S. Paulum biennio circiter super,
vixit,

† adeò ad cœnam fuerit in ædes Pharisæi, ad
recubuit Jesus iterare, & coram omni corte
publicè fidem suam confessari de Jesu per
ipsum charitatis sub specimen. Hinc &
Jesus ei loquendi formulâ usus Salvator de vera
fide loquens, sunt Joh. XIV. 21. Qui me diligit, is ser
vat præcepta mea. Vel: Quicunque servat præcepta mea, is
me diligit. i.e. ipse demum est fidelis. Et mox: Qui
diligit me, sermonem meum servabit. i.e. Qui eorum in
me fidem habet, is præcepta mea servat. Et pro
missæ positæ servantur missis & ἀφέσεσιν. Matth.
XXIII. 23. & Luc. XI. 42.

⊙ (Cadfin. Cap. 1. de Pactionib. Div. Juris.) 16

Fides — Charitas — Spes — unus habitus: tres virtutes.

Verbum — S. Sy[illegible] — Bapt.



Fides gignit Charitatem, & sunt correlata, nec Fides sine charitate est fides: nec pater sine filio.

Spes est fiducia fidei, procedens erga deum de futuris bonis.

Charitas amat deum de praesenti & confidit in eum, sed ostenditur per amorem erga proximum. Perfecta est per παῤῥησίαν 1. Joh. IV. 17.

Ut in philosophia seu theologia naturali fontes omnium virtutum duo sunt, Prudentia & Justitia: ita in Theologia revelata itidem sunt duo, Fides & Caritas: illa quoad intellectum, haec quoad praxin, nec ullus actus christianus est, nisi ex utroque fonte fluat: sicut non est philosophicè justus, qui prudentiâ destituitur; nec qui justitiâ, etsi prudenter institutus, est enim callidus, non bonus, virtuosus, laudabilis. Nec prudentia sine justitia est prudentia, sed aut virtus, sed calliditas, vitium.

defensio orthodoxias sine caritate Christiana non est Fidei vivae, sed mortuae & νεοδοξία, φιλαυτία, zelus sine scientia vel prudentia verum ac fide viva, sed simulata, & deo abominabilis. Sola prudentia sine justitia non facit verum bonum beatum civiliter. Sola fides sine charitate non justificat.

ut de philosophis ~~[illegible]~~ Epictetus dixit: plerosque istos
qui philosophari videntur, philosophos esse hujusm.
ἄνοι τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. id significat,
Factis procul, verbis tenus, ait Gell. 17,19.
Idem de Christianis, & quod vehementius est, de Theologis
verum est. (A)

A

Fides una justificat, non alia coram DEO, alia coram hominibus.

Imò unica coram iisdem etiam eodem respectu ac ratione, scil. Mariti Christi Salvatoris.

Et ista distinctio ad concilianda assenta S. Pauli & S. Jacobi destituitur fundamento.

Fides per se est habitus intellectus. Hæc sola non justificat, neq coram DEO neq coram hominibus.

Charitas per se est habitus voluntatis, Erga DEUM & Homines. neq hæc salvificat. Charitas erga DEUM non existit absq charitate proximi, S. Jo.

Fides salvificans est habitus mixtus ex utroq aut compositus, complexus & unitus ac radicatus tum in judicio illius tum in propensione voluntatis.

Eph. 3. 17. 19.

Hæc Fides est viva Fides & salvificans coram DEO pariter & coram Hominibus.

S. Paulus de hac viva Fide loquitur, quod sola justificet, non opera.

S. Jacobus de Fide per se & nuda absq charitate loquitur, & negat quod salvificet.

B

S. Paulus negat justificari nos per opera nostra antecedentia & merentia justificam.

S. Jacobus negat justificari nos per fidem, quam non consequantur B. O. velut proprium essentiale Fidei salvificæ.

Programma Dni Faustii 1693. 3. 9br.

Fides nullo momento à vera sinceraq; charitate separabilis est.
Invocatio fit solius fidei fiducia, non Operum.
Sed Sola fides promissionem apprehendit, & promissione apprehensâ, dilig
Promissionem simplice fide intueor & apprehendo, mihiq; applico.
Obj. Si fides nullo momento à charitate est separabilis, etiam moment
apprehensionis non est separabilis. Et non solâ fide, separatâ à
charitate, fit apprehensio & applicatio, sed per fiduciam chari
tatis. 1. Joh. IV. 17. quia 1. aliàs etiam diaboli qui solam fidem habent abq
charitate & fiducia, sibi possent applicare promissionem.
2. Intueri est actus merè theoricus, etiam in diabolos cadens, &
apostatas. Apprehendere & sibi applicare promissam pra
est actus practicus, & fiduciæ. Unde conficitur, Fidem
vivam i.e. cum charitate unum constituens habitum seu
facultatem, esse fundatam non in solo intellectu & theoria,
& in voluntate & praxi imprimis.

B

Quicquid est vita Fidei, id est fidei anima.

Charitas est vita Fidei,

Ergo charitas est anima Fidei.

Maj. pb. Per quod quid vivit, id est anima ejus.

Per vitam animal vivit.

Ergo vita est anima ejus.

Min. prob.

Per quod quid vivit, s. vivum est, & absque quo quid est mortuum, id est vita ejus.

Per charitatem Fides vivit, viva est, & absque ea mortua est,

Ergo charitas est vita Fidei.

Sola fides duplicem habet significationem aut conceptum, 1. excludit opera, & sic verum est, solâ fide non opibus nos justificari. 2. ut excludit vim operativam, & charitatem, habitum, vel dispositionem voluntatis operativae, sic falsum est, solâ fide, sine charitate nos justificari, sine bono proposito ac vero, non hypocritico, aut inconstanti. Talem fidem habuit Peccatrix cum charitate conjunctam, & per occasionem operandi statim habuit, et statim se exercuit, Luc. VII. Talem et Sicarius in cruce habuit, sed occasione destitutus operandi, non operata est, fuit tamen operativa, non mortua: ex charitate erga Christum dixit. Memento mei, domine, quum veneris in regnum tuum. Sic πίστις dicitur Matth. 23, 23. quod Luc. XI, 42. dicitur ἡ ἀγάπη θεοῦ, dilectio dei.

De Sanctorum scientia in coelis, Augustin. IV. 890. a. V. 530. a. & intercess. IV. 352. b. 883. a. 89[illegible]
V. 1300. b. 1321. [illegible]
~~VI. 325.~~ VII. 32. VIII
Regnum mille annor. V. 1212. c.

Qu. An B. O. justificent?

Aff. 1 Jacob. 2, 24. homo justificatur per opera & non solam per fidem.

Galat. V. 6. per propositum sanctimoniae, per operationem fidei charitativam.

Justificatio est actus complexus. Opus enim justificationis continet plures actus singulares ut partes integrantes, ex parte hominis

Debet

Remissio peccatorum & absolutio à reatu, per imputationem justitiae Chri.

Agnitio injustitiae propriae, & insufficientiae cultus & fidei

Auditio Verbi Act. 26. 14. Agnitio veri cultus, Fiducia in justitiam Mediatoris, charitas in Deum 1. Joh. 4, 17.

Haec est Justificatio praeter accepto vocabulo.

Renunciatio malorum & propositum B. O.

Qui actus omnes communi vocabulo Poenitentiae & Conversionis veniunt

Distinguunt inter Justificationem internam & externam, itemque inter Primam ac Secundam, Dominus Apostolicè, secundum Hulsmann. Brev. c. 12. pag. 179.

At Jacobus cap. 2, 22. & 24. eo in significatu vocab. Justificationis videtur utique accipere, & Hulsm. nihil ibi ad h. l. respondet, pag. 158.

Dannhawerus in Hyaena Friburg. p. 33. dist. inter Justitiam Fidei coram Deo, & coram hominibus declarata, de hac Apostolus loqui.

Jo. Musaeus disp. 1. de natura Ecclesiae §. 21. sqq. Fidem & Charitatem ponit partes Sanctitatis inhaerentis integrales, ut sese mutuò ponant & tollant; & Fides sit Sanctitatis in sua latitudine sumtae pars & radix, in se quidem, ut qualitas est, spectata: ratione Objecti verò Christi Mediatoris, imputari ad justitiam & sanctitatem imputativam.

Obj.

Fides, spes, Charitas est habitus moralis inhærens ei qui justificatur, & dici potest vel justitia vel sanctitas.

Atq per Fidem justificamur.

Ergo justitiam inhærentem.

Min. prob. Fides viva comprehendit Fiduciam, Fiducia spem & Charitatem. Fiducia enim est habitus moralis in voluntate, sicut Assensus in intellectu.

Committitur Fallacia plurium interrogationum. Minor falsa est. Fiducia quatenus continet spem & charitatem, non justificat, sed quatenus applicat sibi meritum & gratiam oblatam.

Aliis est de vocabulo? Justificationis vox alias proprie & presse accipitur; alias late & improprie, posteriori modo à Jacobo, priori à Paulo. Regeneratio late sumta continet & justificationem & naturæ reparationem, presse hanc solam. Sanctificatio late etiam continet Justificationem, presse beneficium ejus consequens. Renovatio nunquam continet Justificationem, sed interdum pro Regeneratione stricte dicta ponitur, interdum pro ejus continuatione, V. Spener. de Justif. pag. 1471. sq.

Ecclesia Rom. ante Reformationem requisivisse ad consequendam salutem æternam satis clare opera legis externa, sine ulla fidei mentione asserit Lehmann. Chr. Spir. L. 2. c. 19. & c. 35. med. v. Vid. tamen Concil. Later. A. C. 1215. c. 1. quod est c. 1. x. de S. Trinit. Caranz. Epit. Concil. pag. 600.

lex vitam promisit; itemq in statu corruptæ naturæ atq iræ, quo lex mortem temporalem & æternam dictitat. Vicissim effectus pacti Evangelici in statu, quo homo coram Deo justificatur, sese exserunt. Tertiò denique reliquus regenitorum status utrumq, & legis & Evangelii pactum sustinet: hinc concursus horum atq unitio in hoc quidem statu communicat ἰδιώματα atq effectus Legis proprios quodam modo Evangelio, & vicissim; sed ita, ut communicatione isthac aliquo modo effectus proprii alterentur aut temperentur. Id quod per exempla docendum est.

§. 11.

Itaq pœnitentia aut agnitio reatus sui, de qua antea, ab aliis Legi, ab aliis Evangelio adsignatur: quos Formula Concordiæ per distinctionem vocis Evangelii latius & strictius acceptæ conciliat: [V. pag. 709. 714. 716. Hutter. in F. C. c. 11. Corpus Ibid. p. 1360.] sicuti S. Jacobus perfectam legem libertatis cap. 1, 25. dicit, comprehendens & legem & Evangelium istâ dictione: Spener. de Justif. pag. 1085. Vicissim Legis nomine Evangelium Esa. 11, 3. è Sione lex prodibit, & verbum domini è Jerusalem. Revera autem legalis pacti proprius est effectus: arguere peccata eáq agnosci facere, idq non in finem gratiæ, sed justitiæ & executionem pœnæ: quemadmodum gratiæ dehinc oblatio & acceptatio Evangelici pacti propria est. Verum quoniam in hoc unionis statu, pœnitentia & conversio tota cernitur, ideò communis utriusq videtur, & eatenus pœnitentiæ concio pars Evangeliæ doctrinæ habetur, quippe cum Evangelium hunc finem & intentionem agnitionis peccatorum habeat,

non ut desperet peccator, sed ut pœniteat & mediatorem quærat.

§. III.

Legis observatio & obsequium utiq ex Legis obligatione, non ex Evangelio propriè pendet: sed communicatur tamen in statu unionis Evangelio, neq deleri per fidem, sed stabiliri dicitur, Rom. 3, 31. V. Flacii Clav. pag. 555. ita ut rigorem naturalem obligationis legalis Evangelium reducat ad æquitatem & ἐπιείκειαν quandam, de qua Gerhard. & ex eo Spener. de Justif. c. IV. 10. Hinc colligere licet, Evangelium obligare regenitum ad obsequium legis, sed non rigorosâ obligatione legis, verùm temperata, quæ tamen ipsa rigorosam illam legis obligationem ἐν θέσει non tollit, ἐν ὑποθέσει verò ἐπιείκειαν sequitur, & regenitis perseverantibus beneficium competentiæ sive in quantum facere possunt, concedit. Sicut enim in foro humano personæ certæ ex privilegio liberati sunt à solutione totius summæ, quam debent, & judex tantum exsequitur, in quantum facere sive solvere possunt, ne ipsi egeant: ita etiam in foro divino regeniti etsi ad obsequium legis perfectum obligati sunt, non exigit tamen Deus defectum aut pœnam ~~ob~~ propterea debitam, sed contentus est ob satisfactionem Filii, in quantum per gratiam ipsis datam possunt facere. Atq id ipsum tamen & ista qualisqualis legis impletio iisdem vocabulis insignitur in S. Scriptura, quibus aliàs à lege in statu perfecto requiritur. Itaq in historia

Regum

quam fertur Josias Rex ex toto corde, & ex tota anima & ex omnibus viribus ad dominum se convertisse, 2. R. XXIII. 25. conf. Ezech. XX, 11. Jos. XXIII. 14. id quod scilicet non de possibilitate theoretica, ut loquuntur, h. e. quam Lex ἐν θέσει & extra statum unionis requirit, sed de practica, quatenus fieri potest in statu regenerationis & gratiæ, per ἐπιείκειαν Evangelii, non per regulam legis, admissa.

§. IV.

Obligatio igitur ad Sanctimoniam, ut pars obligationis ad legis obsequium, propriè non est Evangelii: sed tamen in statu unionis per participationem, etiam Evangelium in illam agit & ad ἐπιείκειαν illam reducit. Atq hoc est, ni fallor, quod Justitia inhærens, seu habitualis & secunda, quæ alioquin ad legem pertinet, dicitur effectus justitiæ primæ sive Fidei & Evangelii. Spener. de Justif. c. 87.

§. V.

Vicissim ipsa Fides utiq ad pactum Evangelii propriè pertinet; quatenus tamen in regenitis sive fidelibus obligatio Legis & Evangelii concurrunt invicem, fit exinde, ut & ipsa Fides fiat opus Legis atq virtus, h. e. inhærens justitia. Joh. VI. 27. sq. operemini cibum qui permanet in vitam æternam. Hoc autem est opus DEI, ut credatis in eum quem misit ille.

§. VI.

Contra Charitas suâ naturâ Legis est, eamq lex unicam exigit, atq exactissimam, sed quæ in hanc naturam hominis, etsi regeniti, non cadit. Unde Walenburgii vim legi inferunt, cum

cum Legem charitatis sive praeceptum magnum pacto Evangelico, ipsique soli, vindicare contendunt, pactoque Legis opponunt, quae tamen optima maxima Legis pars est, ut per se oppido pa[illegible] Evangelium porro in statu hoc unionis concurrens cum lege, temperat rigorem exactionis legalis, & charitatem, etsi remissiorem, ex fide nodo profectam acceptat, ita ut impletio legis nihilominus dicatur, Rom. XIII. 8. 10. & σύνδεσμος, vinculum perfectionis, Colos. 3. non quod regenitus charitate sua legem implere possit, & per id salutem aeternam consequi; sed quod Pactum Gratiae in statu regenitorum acceptat impletionem & observationem legis in gradu remissiori, & in quantum facere regenitus potest. Atque ex hac ratione vocatur Lex charitatis ἐντολὴ καινὴ, lex [illegible] quum alioquin lex charitatis, absque temperamento Evangelico, sit legi aeternae coaeva eoque sensu conjunguntur doctrina Evangelii & Lex charitatis quandoque. Prud. Jur. Chr. c. X. 3.

§. VII.

Reatus sive obligatio ad poenam legis aeternam est proprium Legis, ac permanet in irregenitis. In regenitis tollitur reatus per absolutionem à peccatis praeteritis: reducitur in apostatis: In statu regenitorum obligatio & executio poenae aeternae ob commissa ab Evangelio abolita & poena remissa est: sub tacita tamen conditione Perseverantiae in vera fide in hac quidem vita: † post hanc vero ipsa obligatio ad poenam simpliciter est sublata. Paulus in hanc sententiam ait: Chirographum sublatum esse per satisfactionem Christi, Colos. 2, [illegible]

† Apostolus ad Rom. XI. 20. 22. Tu vero fide constitisti: ne efferaris animo, sed timeas. — in te vide bonitatem si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Unde certitudo salutis quidem constat, sed cum formidine, & conditione perseverantiae.

2,14. Vid. Flac. Clav. voc. Chirographum. & in voc. Justitia pag. 505. itemq in voc. Lex. pag. 552. sq. in voc. Libertas. & passim. Ita Formula Concordiæ pag. 93. ait: Jus legis sublatum esse per Christum. Esaias cap. LIII. 9. Jehova conjecit in illum Havon pœnam omnium nostrum. ubi Havon & culpam & pœnam significat: nec enim pœna à culpa separari potest, scribit Herm. Rennecher. Prof. Heydelb. in Expos. d. c. p. 138.

§. VIII.

Obligatio ad pœnam temporalem propria est Legis & Justitiæ divinæ; pœna enim punitiva est actus legis, quo peccanti passio infertur: atq ex intentione legis, passio illa est satisfactio justitiæ divinæ debita, vindicta divina & hominis perditio, imò totius etiam populi & Reip. ut eam Reip. Hebræorum minatur DEUS Deut. XXVIII. & passa fuit Resp. Sodomæorum & Gomorrhæorum, aliiq populi plures. Verùm in statu unionis & regenitorum cadit quidem utiq etiam in regenitos lapsos, & oritur ex decreto divino: sed Misericordia divina & inde dependens Evangelium intentionem dirigit ad bonum finem pœnitentiæ & conversionis. Quomodo & Jure humano pœnarum finis emendatio est, † Prov. 3, 11. Ita Davidi pœna pestilentiæ ad Deum reconciliandum populo obveniebat, 2. Sam. ult. 10 & ult. etsi ipse jam pœnituisset. Ne si absq pœna abiret, res mali esset exempli, & alii in idem crimen eò facilius laberentur. Ecclesiæ Corinthiacæ morbus epidemius immissus ob indignius habitum SS. Synaxin, 1. Cor. XI. 30. Sicut & singulis morbi

Sicut & omnis status Vanitatis & miseriæ generis humani, de quo Salomon in Ecclesiaste, Hesiodus quoq & veteres Philosophi conquesti, & effectus maledictionis divinæ Genes. III. 17. c. V. 29. c. VI. 12. sq.

† Salomon paternè monuit

in pœnam peccatorum, intemperantiæ præsertim, immitti solent, Ψ. CVII. 17. Jac. ult. 15. itemq carceris pœna & vincula, Ψ. CVII. 11. Atq hanc pœnarum rationem agnoverunt Jobi amici cap. V. 17. sqq. itemq Judæi de Jesu scandalisati Esa. LIII. 7. nos autem æstimavimus eum plagis affectum, percussum à DEO. Crucis verò rationem non agnoverunt isti.

§. IX.

Planè etiam in hoc Statu Evangelico habent Pœnæ divinæ, præter finem emendationis, etiam finem vindictæ & satisfactionis cujusdam, Expiationis & cohibitionis iræ divinæ, ne gratia divina penitus retrahatur. Hinc interfectio fratrum & amicorum Levitis à Mose mandata, ut DEUS reconciliaretur per talem expiationem & per tot supplicia, quod ex parte obtentum, & pœna tamen divina reservata fuit, Exod. XXXII. 27. 34. Manasse Rex, per vincula ad pœnitentiam redactus, receptus in gratiam fuit: pœna tamen toti populo ob idololatriam post mortem Manassis secuta est, exscidium Reip. Id quod erat species & vindictæ & emendationis superstitum & participum scelerum. 2. Reg. XIII. 26. 2. Par. XXXIII. 13. Huc etiam pertinet pœna Reip. Ebræorum inflicta à DEO post mortem Saulis, qui violaverat Gibeonitas contra datam à Rep. fidem, 2. Sam. XXI. Eò faciunt Expiationes per sacrificia & oblationes, Levit. V. non quod istæ oblationes & sacrificia expiarent, sed quod his typis fide vivâ & onerosa accepta retur publicè oblatio Redemtoris. Pariter hinc introductæ veteris Ecclesiæ instituto Pœnitentiæ Ecclesiasticæ & satisfactiones dictæ, non quod DEO his satisfieri possit, sed ut satisfactio

à

à Christo facta, vivâ fide & facto, non nudis verbis acceptata ostenderetur & designaretur, atq ad singula crimina applicaretur. Has pœnas temporales seu corporales Eleemosynis posse redimi, ex Dan. IV. 24. sunt qui asserunt. Vid. David Clericus Qvv. Sacris. Acta Erud. Lips. A. 1685. p. 234.

§. X.

Mors corporalis & ad eam obligatio ad Pactum legis atq ad statum iræ proprie pertinet, & est quædam species pœnæ temporalis, de qua §. præcedente. Sed in statu regenitorum ratio mortis alterata cernitur, neq tam pœnæ rationem obtinet, quàm crucis, de qua mox, aut crucis complementum est, & sequela Christi, qui voluit, ut ubi est ipse, & sui secum sint, & vitam cum morte commutantes hanc brevem, æternam obtinerent, Joh. XII. 25. 26. c. XVII. 24. utq & hic simus similes Christo, & corpus à peccato originali purificetur & renovetur. Hinc & somno comparatur, & seminationi. † Peculiare insuper aliquid habet mors Martyrum, qua testantur de veritate pacti Evangelici. Generatim mors piorum est conditio sine qua regulariter non potest homo transire ad statum gloriæ ac vitæ futuræ & consortium visibile Deus & Angelorum ac piorum: etsi rarò extra ordinem corpus sine separatione ab anima clarificatum fuerit, ut de Henocho & Elia constat. ⌈

† Atq quum Pii in hac vita sint Templa Spiritus Sancti, comparari poterit eorum mors translationi Tabernaculi Mosaici à Silo, vel Gibeon, ad Hierosolyma, 1. Sam. 1, 3. Psalm. 78, 60. 2. S. 6. 1. Reg. 3.

⌈ Mors enim ab Deo Creatore primis Parentibus interminata etiam in hac vita jam tum cœpit, h. e. privatio communicationis cum Spiritibus, Angelis atq Deo.

§. XI.

Contra ea obligatio ad demensum CRVCIS ignota Legi & Justitiæ est: quippe quæ tertium medium inter præmia & pœnas ignorat. Etsi enim Crux in genere passionis cum pœna convenit, differt tamen specificè ab ea,

+ quo sensu dicitur ἡ κακία Matth. VI. fi. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. sufficit sua diei afflictio.

⌈ regulariter; nisi si peculiariter gloria DEI versatur, ut Salvator de caeco nato loquitur, quem sanavit, & qui postea credidit, Joh. IX. 3. 36. Neque ipse, neque parentes ejus peccarunt, sed ut manifestentur opera DEI in illo.

quod non sit passio mali alicujus, ut poena est, boni, etsi sub specie mali appareat carni spiritualiter febricitanti. + neque etiam crux respectum habet ad malum actionis, sive ad peccatum praecedens: ac sequitur, non praecedens poenitentiam & conversionem ⌈ Propria itaque est status Gratiae & pacti Evangelici, praecepto enim Salvatoris, adeoque ex natura regenitorum, oportet demensum crucis regenitum subire quemlibet, Luc. IX. 23. Dicebat ad omnes, si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, καθ' ἡμέραν, & sequatur me. Idem Paulus ac Barnabas inculcabant neophytis, quod per multas afflictiones θλίψεις, δεῖ, oporteat nos intrare in regnum, Act. XIV. 22. Hebr. XII. 2. sqq. Qua ratione crux comparatur Sacramento ac obligationi militari, 2. Tim. 2, 3. tu igitur κακοπάθησον, afflictionem ut bonus miles Jesu Christi. Vocatur ἡ κοινωνία τῶν παθημάτων, communio afflictionum Christi, quibus conformamur mortui ipsius, Philipp. 3, 10. Et graviter admonuit S. Petrus 1. Ep. IV. 12. sq. Ne miremini dum per ignem exploramini, quae res ad experimentum vestri fit, perinde quasi novum aliquid vobis obtingat: imo in hoc quod consortes estis afflictionum Christi, gaudete; ut in revelatione quoque gloriae ejusdem gaudeatis exultantes. Ut itaque haec ad crucem obligatio in solos conversos & fideles cadit, ita finis est partim imitatio Ducis nostri, Christi, partim πεῖρα ἐκρισμὸς, experimentum & probatio fiduciae & perseverantiae in vera ac viva fide, Jac. 1, 12. Job. V. 17. itaque crux obvenit Hiobo, quam ejus amici reputabant poenam, reprehensi ob id deo. Concurrit tandem & hic lex, quatenus & obligat ad virtutem, & in adversis patientiam

§. X

§. XII.

Observandum est, ejusmodi afflictiones temporales quandoque esse mixtæ naturæ, partim pœnæ rationem habentes, qua de re §. VIII. & IX. partim crucis & probationis fidei: Veluti quum Davidi adultero & homicidæ, ex decreto pœnali imponeretur bellum intestinum, post actam etiam pœnitentiam secutum, II. Sam. XII. 10. sq. C. XV. sq. Sic enim habendum: quemadmodum pœna temporalis legis propria, pro fine etiam habet emendationem ac pœnitentiam, idque ex pacto Evangelii (d. §. 8.); ita vicissim crux, Evangelii propria, à lege quandoque participat, pœnæ aut ~~vindictæ~~ castigationis ac expiationis habens rationem. Itaque Hiobo etsi crux imponeretur à Deo, ad probationem fidei & exemplum patientiæ, quia tamen temeritatis à Deo ipso reus factus, ipsa crucis perduratio quandam ~~pœnæ~~ castigationis etiam habuit rationem; unde ait: +

+ Cap. ult. 3. Insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

§. XIII.

Denique in eo quoque pœnæ & crucis afflictio convenit, quod utriusque executor soleat esse Satanas; unde S. Jacobus ait: Deus neminem tentat. c. 1, 13. Quod ut de pœnis minus est dubium; ita de crucis executione constat ex Jobi historia: de mixtæ speciei executione, historia Davidis testatur. Eoque pertinet, ut videtur, visio nocturna, quam ~~[illegible]~~ Eliphas habuisse se refert Job. IV. 12. sqq. ex apparitione angeli maligni sub specie angeli lucis, qui per indirectum & mediante Eliphaso ægrè facturus erat Hiobo, & ut antea per uxorem, animum quoque nunc angeret & ad desperationem produceret: quod justum se reputaret, & hanc afflictionem nollet pro pœna promerita agnoscere; ~~contra~~ ~~tamen~~ ~~quam Deus ipse judicaverat pro~~

~~Hiobo cap. 2, 3. tu verò commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.~~ quum tamen & angeli injustitiam suam agnoscere teneantur, 2. Pet. 2, 4. maligni putà, quales tamen simpliciter & in se esse nolle videntur, sed tantùm respectu immensæ divinæ justitiæ & exactissimæ, neq hactenus à bonis angelis differre se. Planè DEUS ipse contrarium de Hiobo effatus ad Satanam: tu me commovisti adversus eum, ut affligerem eum frustra. cap. 2, 3. Cæterum Paulinæ tentationis executor itidem Satanas fuit 2. Cor. XII. 7.

§. XIV.

Abnegatio sui, Imitatio Christi, & similia in statu primigeniæ justitiæ & naturæ incorruptæ ignorata, sicuti pœnitentia & conversio. Igitur & obligatio ad abnegationem sui, ad imitationem Redemtoris, ad contemtum mundi, nondum exsistebat, termino quippe & objecto non exsistente. Pertinent itaq hæc ad statum Gratiæ & Evangelii, ita tamen, non, quasi pactum Evangelii seu Lex fidei ista eo fine requireret, ut homo coram DEO justus ob id pronunciaretur, sed ut justus pronunciatus propter expromissorem Christum, obligetur ad illa. Concurrit proin Lex, & has virtutes regenitorum & conversorum proprias cynosurâ suâ ut alias virtutes legales dirigit.

§. XV.

Distributio præmiorum & graduum gloriæ æternæ ad pactum legis pertinet, sed ea distributio, quæ exactissimas virtutum actiones, ut præmium sequitur, atq quæ in hominem post lapsum non cadunt. Nihilominus tamen concurrit pactum

Evang.

Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos; quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Evangelii, & efficit, ut ad actiones quales quales, & minus perfectas diversi gradus gloriæ distribuantur. Dan. ult. 3. + 1. Tim. 3, 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται. qui bene ministraverint, gradum sibimet bonum acquirunt.

§. XVI.

Isthanc Legis & Evangelii in statu regenerationis unionem DEUS typo præsentavit in Sanctuario, per Arcam Fœderis seu Legis Mosaicæ & Propitiatorium quo operienda fuit Arca, Deut. XXV. 10. arcam de lignis Setim compingite — ponesque in Arca Testimonium seu Tabulas Legis — Facies & Propiatorium & duos Cherubim, respicientes se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est Arca, in qua pones testimonium. Inde præcipiam & loquar tecum supra Propitiatorium. Id quod S. Apostolus indigetat ad Ebr. IX. 4. 5. Sanctum Sanctorum aureum habens thuribulum & arcam Fœderis +

+ undique circumtectam auro, in qua urna aurea habens Manna, & virga Aaronis, quæ germinaverat, & tabulæ fœderis. Supra hanc autem Cherubim gloriæ, obumbrantia Propitiatorium. De quibus ~~[illegible]~~ non est, ut nunc dicamus singulatim.

CAP. III.

De Veteri ac Novo Fœdere seu Testamento.

§. 1.

An & quo sensu.

Pactionibus Legis & Evangelii suo modo respondet Vetus ac Novum fœdus seu testamentum, non quidem eo sensu, quasi tempore veteris fœderis tantummodo Lex viguerit, & tempore novi duntaxat Evangelium, sed quemadmodum tempore novi Testamenti prædicatio Evangelica major, amplior & illustrior est, non sublata propterea Legis obligatione: ita in

temporibus veteris Foederis promulgatio & re-
petitio Legis maxime cernitur, non neq
ob id Evangelicâ pactione & Messiae prom
sione; sed intra Ecclesiam tantum Hebraeor
[illegible] & accedente Lege insuper Mosai
sacra seu Ceremoniali. Unde graviter mon
Patres Concilii Hierosolymitani Act. XV. 10. nu
ergo quid tentatis DEUM, ut imponatur IVG
super cervices discipulorum, quod neq Patres,
neq nos portare potuimus? Sed per GRATIAM
mini nostri JESU CHRISTI credimus, NOS salv
futuros, quemadmodum & ILLI. S. Paulus
Ebr. 9. Ebraeos cap. IX. comparat veteris foederis te
pus cum Tabernaculo Sancto seu primo, in qu
& lucernae, & mensa & propositio panum: n
verò foederis cum [illegible] Sancto Sanctorum
seu Tabernaculo secundo, in quo aureum th
bulum & arca foederis & Propitiatorium
istud per hoc significasse Spiritum Sanct
sub consistentia prioris tabernaculi sive su
statu veteris foederis nondum πεφανερω
τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, patefactam esse vi
Sanctorum ad Patrem qui est Christus Joh. XIV.
Sed per [illegible] παραβολὴν & typos dona ac sacr
cia oblata, quae quidem per se non potuerin
[illegible] τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα κατὰ σ
εἴδησιν, salvum ac perfectum reddere cult
refragrante semper conscientiâ, quippe u
cibis duntaxat & potionibus & diversis ablu
nibus, ac justificationibus carnis sive exterior
consistentia, ac duratura tantum usq ad tem
διορθώσεως & novi Foederis, quo Messias app
rens in majori & perfectiori Tabernaculo Eccle
universae, non manufacto, neq per sanguinem
corn

corum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem redemptionis opus confecerit.

§. II.

De foedere seu pacto publico veteri videamus.

Vet. Testam. quo sensu

Appellatur id etiam Testamentum, quia vox δεκ-θήκη utrumque significat & pactum & ultimam voluntatem. Sed quoniam omne Testamentum sive ultima voluntas mortem testatoris praesupponit, siquidem ubi Testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris: nam testamentum in mortem ratum est, nec ~~[illegible]~~ vim exserit vivente testatore, ait S. Paulus ad Ebr. d. c. IX. 17. 18. ex Iurisperito & ~~[illegible]~~ quaesitore Apostolus. Neque enim suprema voluntas, alicujus antea dici potest, nisi postquam is jam aliud velle non ~~[illegible]~~ potest, ait Constantinus Imp. l. 1. C. de SS. Eccles. Dicitur vetus quidem pactum, non testamenti, sed foederis habet rationem. Verum enim vero ostendit S. Paulus eodem loco, quomodo & istud Testamentum dici possit, namque nec istud absque sanguine ac morte dedicatum fuisse, sed Mosen sanguine populum adspersisse & dixisse: Hic est sanguis Testamenti quod mandavit vobis DEUS. Quod Exod. XXIV. 8. sic effertur: Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Videlicet vetus Foedus, ~~[illegible]~~ respectu Testamenti à Salvatore moriente relicti, quum veniat sub Novi nomine, praesupponit, vetus eatenus quoque Testamentum dici; praesertim quum Vetus Testamentum, ~~[illegible]~~ ut antea monitum, non solam Legis repetitionem comprehendat, sed & Evangelii praedicationem & Messiae promissionem; quâ ratione idem Apostolus Testamentum hoc antiquius effatur Legis Mosaicâ repetitione (& Ceremonialis promulgatione), annis quadringentis & triginta, Galat. 3, 15. 17.

§. III.

Videamus itaq unde & ex quo statu hominis origo veteris fœderis arcessenda ac repetenda. Equidem in primævo innocentiæ statu pactum cum Adamo factum esse dicitur. Ipsi autem sicut Adam, transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me, ait Dominus per Hoseam c. VI. 7. Est autem hoc pactum Legis primigeniæ atq moralis publicatio & inscriptio, de qua cap. I. aph. II. §. I. adeoq non tam est pactitia ex pacto expresso, sed naturalis obligatio, ex pacto tacito, qualis est inter Parentes & liberos. Intercessit porrò & expressa pactio inter Deum Creatorem & homines, cujus formula habetur Gen. 1, 28. sq. Dominamini piscibus maris & volatilibus cœli & universis animantibus, quæ moventur super terram. † Sed ista non est salutis formula, sed concessi dominii in creaturas.

V.T. origo an ex statu primævo.

† Ecce, dedi vobis omnem herbam, & universa ligna in quibus est fructus, ut sint vobis in escam.

§. IV.

Veteris igitur fœderis initium cœpit in statu secundo & naturæ corruptæ, simul ac protoplastæ lapsum agnoscentes ac pœnitentes à domino in gratiam per Messiam intercessorem reciperentur. Continet enim hoc fœdus vetus primariò ipsam pactionem Evangelicam de Messia, secundum quam & Patres veteris fœderis salvi facti, Act. XV. 10. deinde & alias ejus repetitiones & adjectiones. Atq ex hoc ipso fœdere cœpit Status hominis tertius, naturæ restauratæ & gratiæ. De formula pacti Evangelici Cap. I. aph. I. & IV. actum est: habetur videlicet Genes. III. 15. supplenda ex verbis & applicatione promissionis, præmatura licet, Evæ cap. IV. acquisivi virum, domorum. † & quam intendit Johannes I. Ep. III. 8. ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit Filius DEI, ut dissolvat opera diaboli. Hæc pactio publico cultu & lit-

ex secundario.

† indigitata, ni fallor, à Davide 2. Sam. VII. ista est Lex Adam, DEI domini.

turgia

urgiu prædicari cœpit tempore Enos, Genes. IV. ut tunc cœptum est invocari nomen Domini.

Vid. Voss. ad Maimonidem de Idololatria.

§. V.

Fœdus cum Noacho

Repetita fuit hæc veteris fœderis pactio cum Noa, Genes. IX. in qua præsupposita de Messia promissione, ~~repetitur~~ sub benedictione seminis: Crescite & multiplicamini & replete terram.* repetitur formula concessi dominii creaturarum & imperii super orbem terræ: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ & super omnes volucres cœli, cum universis, quæ moventur super terram, & ~~super~~ pisces maris manui vestræ traditi sunt. aucta nunc quoad jus vescendi carnibus: Et omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum quasi olera virentia tradidi vobis omnia.†

*(Confer Dn. Heidegg. Hist. Patriarch. Exerc. XIX. 25.)

†

Lex quoq moralis repetita. Dd. Hebræorum Noacho Septem leges à Deo datas aut repetitas potius, tradunt.

Denique adjecta quoq singularis pactio de non reducendo diluvio universali, interposito signo & quasi sponsore, Iride: Ecce, ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: & ad omnem animam viventem, & nequaquam interficietur omnis caro aquis diluvii, neq erit deinceps diluvium, dissipans omnem terram. dixitq Deus: Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, — arcum meum pœnam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. &c. Esaiæ LIV. 9. Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui IURAVI ne inducerem aquas Noë ultrà super terram.

§. VI.

Fœderis cum Abrahamo

Sequutum fuit solennissimum fœdus Dei cum Abrahamo, totiesq repetitum, & auctum, Gen. XII. XV. XVII. XXII. 18. ~~XXIII. 4.~~ 17.

1. pars

Ejus pars præcipua est, repetitio pactionis Evangelicæ & specialis promissio Messiæ ex semine Abrahami.

Gen. XII. Egredere de terra tua, & de cognatione
tua & de domo patris tui, & veni in terram, quam
monstravero tibi. Faciam te in gentem magnam
& benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum,
eritq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi
& maledicam maledicentibus tibi, atq; IN TE BE
DICENTUR UNIVERSÆ COGNATIONES terræ.
Egressus est itaq; Abraham. — Qui ædifica
ibi altare Domino, qui apparuerat ei: & in
vocavit ibi nomen ejus. Repetitum hoc in
te Moysi cap. XXXII. 18. Per meipsum juravi,
dicit Dominus: quoniam fecisti hanc rem, & non pe
cisti filio tuo unigenito propter me, benedicen
tibi, — & BENEDICENTUR IN SEMINE TUO
gentes terræ, quia obedisti voci meæ.
~~Cap. XXVI. 4. Benedicentur in semine tuo~~
Benedictionem hanc explicat Apostolus ad Gal.
III. 16. in gentes benedictionem venisse per Chri
Jesum: non dicit seminibus, tanquam de mult
& tanquam de uno: Et SEMINI TUO, qui est C
Vicissim continetur hoc pacto ex parte Abrah
abjuratio τῆς πολιτείας patriæ, unde dic
Dominus: Egredere de terra tua, & de cogna
one tua. — Egressus est itaq; Abraham: & ædi
cavit ibi altare DOMINO, & invocavit ibi n
EIUS.

§. VII.

2. Altera pars fœderis cum Abrahamo agit d
danda terra Chanaan & confirmanda ibi Eccl
& Republica posteris Abrahami, qui Hebræi d
unde terra promissionis appellata. Gen. XII. 7.
mini tuo dabo terram hanc. Cap. XIII. 15. omnem
terram quam conspicis, tibi dabo & semini tuo
in sempiternum. Cap. XV. Ego Dominus qui ex
te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram ist
ut possideres eam. — In illo die pepigit Dom
fœdus cum Abrahem, dicens: SEMINI tuo dabo
terram hanc à fluvio Ægypti usq; ad fluvium
magnum Euphratem. adhibito quoq; sacrificio ce
firmatorio, quod ibidem describitur. +

§. VIII

Conf. Heidegg. 7:7.

De quo Esdras + ad Dominum: Percussisti cum eo
fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi &c
Nehem. IX. 8.

§. IIX.

3. Tertia pars foederis hujus continet institutionem Sacramenti Circumcisionis. Ait dominus ad Abram: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem praeputii vestri, ut sit in SIGNUM FOEDERIS inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quàm emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: erit pactum meum in carne vestra in foedus aeternum. Masculus, cujus praeputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum irritum fecit. Genes. XVII. Tob. V. 11. S. Stephanus Dr. Lucae nominatim appellat Act. VII. 8. Hoc pactum circumcisionis non ad Evangelium, sed ad Legem referendum esse Apostolus docet ad Rom. II. 25. Circumcisio quidem prodest, si legem observeris, quod si transgressor legis fueris, circumcisio tua in praeputium versa est. eod. sensu ait 1. Cor. VII. 19. Circumcisio nihil est, & praeputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei: aut fides per dilectionem operans, Gal. V. 6. vel nova creatura, c. VI. 15. Ad Legem itaque, †

§. IX.

Foedus cum Abrahamo pactum promisit Deus in Isaac continuari: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabis nomen ejus Isaac, & constituam pactum meum illi in foedus sempiternum, & semini ejus post eum. Sed quod completum Gen. XXVI. Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, ero tecum, & benedicam tibi: Tibi enim & semini

† eam non moralem & aeternam, sed ceremonialem sive Sanctam Ecclesiae Judaicae propriam, unde Ecclesiam Christianam non obligat, docente S. Paulo ad Galatas c. V, 2. Ecce, ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit. Contestor autem rursum omnem hominem qui circumcidit, quod debitor est totius Legis faciendae. Quum enim Judaei converti docerent, circumcidendos esse Christianos, & servandam esse Legem, reclamavit Apostoli, neque hujus mali imponeretur Christianis, Act. XV. 24.

Gen. 17, 19.

tuo dabo universas regiones has: complens jura-
mentum, quod spopondi Abraham, patri tuo.
Et multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli:
daboque posteris tuis universas regiones has: & BENE-
DICENTUR IN SEMINE TUO omnes gentes terrae,
eo quod obedierit Abraham voci meae, & cu-
stodierit praecepta & mandata mea, & ceremonias
legesque meas servaverit. Renovatum fuit
quoque Jacobo, qui expressius vaticinio suo rem
expressit Gen. XLIX. Non auferetur Sceptrum
de Juda & Legislator de pedibus ejus, donec
veniat qui mittendus est SILOH, & ipse erit
exspectatio gentium

§. X.

Post quadringentos & triginta annos post exitum Abrahami secutum fuit Pactum DEI O. M. cum posteris Abrahami, populo Hebraeorum vel Israe-litarum, mediante Mose, unde Legis Mosaicae nomen obtinuit, & Lex ἡ ἐξοχὴν appellari solet, atque Evangelio opponi, neque enim Lex haec Evangelicam promissionem irritam fecit, ait Apostolus ad Galat. 3, 17. Sed per ipsum Mosem quoque promissio haec repetita Deut. XVIII. 15. sq. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus DEUS tuus, ipsum audies. ut petisti à domino DEO tuo, in Horeb, quando concio congregata esset, atque dixisti: Ultra non audiam vocem domini DEI mei: & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo illis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore ejus, quae loquetur in nomine meo, loquetur que ad eos omnia, quae praecepero illi. Qui autem verba ejus, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exigam.

Lex Mosis

Salvo pacto Evangelico

At

Ad neg Josuam neg alium ex Prophetis veteris
federis hic intelligendum esse, Scriptura cap.
ult. v. 10. Deut. docet: Et non surrexit ultra
Propheta in Israël sicut Moses: quem noverat
Dominus à facie ad faciem, in omnibus signis
& portentis &c. & communis Ecclesiæ veteris
fuit doctrina; Philippus ad Nathanaelem:
De quo scripsit Moses in Lege, & Prophetæ,
invenimus JESUM filium Joseph Nazarenum.
Joh. 1, 45. Quin & omnes Prophetæ à Samuele
ac deinceps, quotquot locuti sunt, de eodem
prædicarunt, teste ~~S. Paulo~~ Petro Act. 3, 24.
& exponente latius S. Stephano Act. VII. 37. sq.
ubi Ille est qui dicit: Ego quod audivi apud
Patrem meum loquor: Joh. VIII. 38. Et: Ego
ex me ipso non sum locutus: sed qui misit me
Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid
dicam & quid loquar. Joh. XII. 49. +

§. XI.

Salvo itaq; Evangelii pacto & de Messia promisso,
Lex per Mosen data fuit, & per Angelos
disposita, ordinata, dicente Apostolo ad Gal. III. 19.
imprimis quoad Leges sacras vel Cæremoniales,
itemq; civiles. Nempe continet Lex Mosaica
tres partes, Moralem, Cæremonialem & Politicam.
Moralis est, quam cap. I. exposuimus à Deo Crea-
tore mentibus ~~protoplastorum~~ inscripta: hæc per
lapsum, per apostasiam & idololatriam, morq;
corruptos obliterata, repetita fuit Populo
propositis duabus Tabulis Decalogi Exod. XX.
& lapidibus inscripto Deuteronomio Legis Mosis,
quod ipse digesserat, ~~Deut. exposuit~~ Jos. VIII. 32.
& præceperat Deut. XXVII. imprimis verò abre-
nuntiatio rejs modis contrariis hic cernitur.
Ait Dominus: Cum reperti fuerint apud te, qui
faciant malum in conspectu Domini Dei tui,

+
fœdus pactum cum David renovavit Deus
hoc pactum de Messia, ex ejus posteris oriundo,
Ps. 88, 35. sq. Non profanabo testamentum
meum, & quæ processit de labiis meis non fa-
ciam irrita. Semel juravi per sanctitatem
meam, si David mentiar: Semen ejus in
æternum manebit. conf. 2. Sam. VII. & 1. Par.
XVII. Ps. CX. Ps. CXXXII. 11. juravit Dominus
Davidi veritatem, & non frustrabitur eum:
de fructu ventris tui ponam super
sedem tuam — usq; in sæculum.

Moralis repetita

Asa Rex Judeorum renovavit hoc fœdus
jurejurando interposito 2. Par. XV.
ejusdem renovationem Jeremias jussu divino
in civitatibus Judæ urbisque solenniter, sed
irrito conatu, cap. XI. Post captivitatem
verò Babylonicam & hoc & universum fœdus
renovatum fuit jurej. & subscriptione,
Nehem. IX. & X. Super omnibus his nos ipsi
percutiamus fœdus, & scribimus, & signant
Principes nostri, Levitæ nostri, & Sacerdotes
nostri.

& transgrediatur pactum illius, ut radiat de
riant Dñs a cæteris, & adorent eos solem, aut
nam, aut omnem militiam cœli, quod non p
cepi: & hoc tibi fuerit nunciatum: audiens
quisieris diligenter, & verum esse reperi
& abominatio facta est in Israel: educes v
rum & mulierem, qui rem sceleratissimam per
travsunt, ad portas civitatis tuæ, & lapidi
obruentur. Cap. XVIII. latè hæc Legis pœn
repetitur, & fœdus juratum vers. 12. &c. appel
tur, & carmine conclusa est Cap. XXXII. u
memoriæ singulorum eò efficacius imprimeret
Josua quoq; imprimis hanc formulam fœder
repetit in Comitiis Sichemiticis cap. ult.
ficati & singulis septenniis Lex tota repete
publicè fuit, Deut. XXXI. 10. *

§. XII.

De Legis moralis repetitione hæc duo obser
tu digna. Unum, quod finis non fuit, ut
brui eam, ex formula salutis, adimpleres
finis pædag. id quod impossibile, nec data est, ut vivificar
set Apostolus, Galat. 3. 21. iram potiùs operu
in statu corruptæ naturæ, Rom. IV. 15. Ne qu
Lex præstare non poterat, Evangelium præst
c. VIII. 3. 4. sed ut agnitis ex Lege transgressio
pædagogus esset ad Christum, ut ex fide jus
ficaremur, Galat. III. 24. quemadmodum & not
Act. XV. 11. Ex his judicii potest de eo, q
R. Joseph Albo in libro Ikkarim Orat. 1. c. 1.
Adventus Messiæ non est articulus Legis M
saicæ, ut Maimonides statuit, Lex enim
est consistere sine fide de adventu Messiæ
Alterum est, Repetitionem Legis moralis admix
tuam & verum Deum, & mediatorem, qui
impleret justitiam Legis pro ipsis,
ingeniis positivis. quoq; non-moralia, & quæ, ut juris positivi, R
& Ecclesiam Hebræorum tantum obligant, ut
jure Sabbati, de prohibitionibus consanguinea
de discrimine ciborum, de esu sanguinis, de suffocat
de votis, de variis superstitionum generibus ac ritibus,

& aliis similibus, ita ut origo rei & materiale quasi, sit utiq juris moralis & naturalis, forma autem adjecta, sit juris positivi, adeoq mutabilis. Ita in jure Sabbati, juris moralis est, ut certus in hebdomade dies cultui divino publico totus destinaretur, an verò ~~septimus~~ ultimus aut primus esset, juris positivi ~~esse~~ habitum est, & proin in Novo Fœdere primus ultimo suffectus. In jure connubiorum Lex Mosaica certos personis collateralibus connubia inter sese prohibuit, quibus de jure morali ac naturali prohibitus non fuit. † Discrimen ciborum juris naturalis origine suâ esse, ex eo, ni fallor, patet, quod non omnis cibus naturæ humanæ sit congruus, quædam quæ in cibum assumuntur, etiam noxia. ⌈ Sed discrimina ciborum Jure Mosaico introducta, juris positivi multum admixtum habere, ~~[illegible]~~ argui potest ex doctrina Apostolica, 1. Tim. IV. 3. conf. Chemnit. Exam. Concil. Trid. P. 4. p. m. 215. Sanguinis Esus naturæ humanæ coævus non est, quum nec carnis, † unde & in concilio Hierosolymitano Christianis prohibitus: successu tamen temporis ab Ecclesia concessus gentibus. In eodem Concilio etiam suffocati extat prohibitio, Act. XV. 29. ex eodem, ut videtur, principio, quod sanguis suffocati non sit effusus. At Irenæus non agnoscit τὸ πνιγκτὸν allegans hunc locum: quem Ambrosius ad Gal. 2. reputat esse glossam Græcorum. Certè Deut. XIV. 21. esus morticinii prohibetur, sed solis Hebræis, peregrinis concessus est, tanquam juris tantum positivi Hebræorum, sicuti & usuræ, Deut. XXIII. 19.

† cujus juris partem percusso fœdere renovavit Esdra cap. X. 3. unà cum universa Lege Mosaica, Nehem. IX. & X.

⌈ unde & jamtum Noæ Dominus de discrimine animantium mundorum & immundorum præceperat, Gen. VII. 2.

† & hoc concesso post diluvium, ille tamen expressè exceptus fuit, Gen. IX. 4.
(Quoad esum carnis dissentiunt quidam recentiores, V. Heidegg. Hist. Patriarchar. Exerc. XV.)

Cap. IV.

De Novo Fœdere

Speciatim.

§. 1.

Novi fœderis initia non abinitio partione Evangelica computantur, sed à completa, & à nato Jesu Christo Salvatore O. M. aty à facta hanc promulgatione Ecclesiæ ac Pacis inter Divinam ac humanam naturam per Mediatorem, Deum-Hominem reconciliatæ. Promulgatio illa facta est à tota cœlesti militia laudante Deum & dicente: Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Gloria in altissimis Deo est dicenda, + & in terra pax ex parte, diabolo victo, ut in hominibus beneplacitum sit Deo reconciliato. Luc. 2, 14. Repetita à multitudine discipulorum in ingressu regio Christi in Hierosolymam dicentium: ὁ ἐρχόμενος ὁ βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Benedictus sit qui venit Rex in nomine Domini, missus Messias à Deo Patre: Pax in cœlo nunc est parta ab illo hominibus cum Patre cœlesti reconciliato: & gloria in altissimis Deo ab hominibus solvenda † Luc. XIX. 38. Habemus, quia omnes gentes cultui Dæmoniorum penitus delitæ.

+ & cultus verus restituendus, idololatriæ abolendæ

+ orthodoxiæ restitutæ.

§. II.

De hoc novo fœdere Jeremias vaticinatus: Ecce dies veniunt, dicit dominus: & feriam domui Israël & domui Juda fœdus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum Patribus eorum —— Sed hoc erit pactum ——: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. &c. Ezech. cap. XXXI. 31. Ezechiel cap. XVI. 60. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & constituam tecum fœdus sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis:

cum

cum receperis sorores tuas, te majores, gentes, cum minoribus tuis; & dabo tibi eas in filias, sed non ex pacto tuo, Mosaico. Et suscitabo ego pactum meum tecum, novum de Evangelio & poenitentia: & scies, quia ego dominus, ut recorderis & confundaris, & non sit tibi ultrà aperire os prae confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quae fecisti, ait dominus deus.

† Hoc intendit Zacharias in cantico: ut memor esset foederis sui sancti, praestaretque jusjurandum quod juravit Abrahamo patri nostro — ad dandam scientiam salutis populo ipsius per remissionem peccatorum ejus. Quod pluribus allegat atque explicat Apostolus ad Hebr. VIII. 8. sqq. adjiciens: Per hoc quod dicit Novum, antiquavit prius. Porrò quod antiquatur ac senescit, in propinquo est ut evanescat. Durabat enim adhuc cultus Mosaicus & circumcisio ac sacrificia in templo, inter Judaeos Christianos, Act. cap. XV. c. XXI. 21. 26. sed cum eversione Templi tandem evanuit.

§. III.

Ratio quippe novi foederis potissima consistit in abolitione Legis Mosaicae tum sacrae sive Cerimonialis, tum Forensis sublatâ Rep. Judaeorum, tum etiam in sublato effectu Legis Moralis ac vi salvandi naturam hominis corruptam; nam Lex moralis quatenus homini est nativa & congenita, aeterna est ejusque obligatio semper permanet: sicut vicissim in statu Legalis foederis veteris eadem salutis formula Evangelica viguit de Fide salvifica in Messiam, atque de Regeneratione hominis salvandi. Unde Christus exprobrat ignorantiam hujus rei Nicodemo, tanquam doctori, quum de via ad Regnum dei quaereret, & Salvator de medio regenerationis respondisset, ejusque necessitate: Σὺ εἶ ὁ Διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; imperfecta enim atque corrupta erat

V. & N. T. convenientia

Joh. 3.

† Pactum tuum vocat deus, pactum legis Mosaicae, in quo Lex vel Moses stipulatur de facto populi, Facies omnia quae lex dicit, ut habeas vitam aeternam? Faciam. At meum pactum appellat, in quo non opus hominis, sed dei versatur, & homo stipulatur de dandâ vitâ aeternâ gratis, non ex suo merito aut opere: dabis vitam aeternam gratis per meritum Christi? dabo. Ex priori oritur obligatio & pactio: Facio ut des. ex posteriori donatio simplex atque pura, quâ oblata gratia acceptatur. Foedus

tunc temporis Theologia Judaica, vim Evangeli
promissionis de salute æterna interpretans de li
beratione à subjectione Imperii Romani, & in
hunc finem destinatum Messiam, cæteroquin æ
ternam salutem ex operibus legis Mosaicæ &
traditionibus quoq dependere. S. Paulus ad Ro
IX. 31. ait: Israël sectans legem justitiæ, ad le
justitiæ non pervenit. Cur? quia non ex fi
& tanquam ex operibus legis. Hanc sapient
DEI in mysterio, reconditam, quam præfinie
ante secula, in gloriam nostram, nemo Princip
seculi hujus cognoverat: aliàs dominum gloriæ
non crucifixissent. 1. Cor. 2, 7. sq. Intellexe
scilicet promissiones temporales de obsequio le
quasi vitæ æternæ meritum in hac nat
corrupta continerent. Veluti quum Levit. 1
dicitur: Custodite leges meas, atq judicia:
faciens homo, vivet in eis. Conf. deut. X

§. IV.

diff. 1. Differt itaq novum fœdus à veteri præcip
in libertate & immunitate ab obligation
legis Mosaicæ, uti dictum,+ præter quam
accedit & illa differentia quoad ipsam p
onem Evangelii, quod hæc in veteris
fœderis statu versaretur circa Messiam
& Christum promissum, venturum qui Legis
facturus esset: in novo verò versatur circa ei
dem, quatenus jam venit, & quod sit Jesus filius
Mariæ: id quod probari potest tum ex miracu
à Prophetis prædictis & per Jesum Mariæ filium
& per alium neminem confectis, tum ex præ
catione Evangelii luculentiore à Johanne Prodro
cæpta & à Christo ac discipulis continuata,
et denique ex specie externa, humili & abjecta
Prophetis pariter prædicta, ut ipse Salvator doce
3. Matth. XI. Tertiò enim discrimen quoq est
circa

+ & illustrat S. Paulus per legem & obligationem matrimonii, Rom. VII.

2. S. Petrus 1. Ep. 1, 10. De qua salute exquisierunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de ventura in vos gratia vaticinati sunt, scrutantes ad quem aut cujusmodi temporis articulum, qui in illis erat Spiritus Christi, qui priusquam acciderent, testabatur venturas in Christum afflictiones, & quæ essent consequuturæ, glorias.

circa gradum clarioris prædicationis & explicationis tum Legis ipsius Matth. V. tum Evangelii, qui major est & luculentior in N. T. quod prædixit S. Jeremias cap. XXXI. 33. sqq. ait: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. —— Et non docebit ultrà vir proximum suum —— omnes enim cognoscent me, à minimo eorum, usq ad maximum, ait dominus.

Et S. Paulus ad Gal. 3, 23. dicit, Sub Lege Mosaica ante Christum custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ erat revelanda. Atq exemplum habemus in historia Jobi, ubi inter crucem & pœnam nesciebant distinguere amici & consolatores Hiobi. ~~Videbant~~ Sed & postea Lege Mosaica lata, jus internum morale & ejus rigor veteribus non ita clarè cognitus fuisse videtur, quia externi juris sacri & civilis rigor atq varietas ac multitudo in sacrificiis, in circumcisione, atq in multis ritibus major & insupportabilis, Act. XV. 10. hinc minus erant occupati circa interni rigorem, impletu impossibilem. Et DEUS per Hieremiam cap. XXXI. 32. de veteri fœdere ait: Pactum, quod irritum fecerunt. Unde Salvator hoc egit, ut jus internum Legis explicaret clarius, Matth. V. 19. nam quum divortia & polygamiam naturæ humanæ (sed corruptæ) conformia putarent, aliud docuit Christus, & contrariari ista rigori juris moralis interni, à cujus obsequio natura humana per corruptionem non fuit liberata, ne quis per delictum conditionem suam meliorem reddat, L. 134. de Reg. Jur. Itaq rigore juris externi in novo fœdere, abolito, eò magis rigor & obligatio juris moralis & interni inculcandus & evolvendus est, ad studium perfectionis Christianæ magis magisq commendandum.

§. V.

Consequitur ex diversitate prædicationis, etiam quartò discrimen quoad gradum Illuminationis in intellectu, & Sanctificationis in voluntate[1]; ~~quippe qui~~ major in N. T. & communior, plerisq omnibus, si modò desiderant, ut modo ex Jerem. XXXI. 33. sq. vidimus. Cum quo convenit Joël 2, 28. Et erit posthæc: effundam spiritum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt. Et Esaias: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. c. XLIV. S. Jacobus: Si cui vestrum deest Sapientia, postulet à Deo dante omnibus simpliciter, nec exprobrante: ac dabitur ei. Sed postulet cum fiducia, nihil hæsitans. Sanctitas multa in V. T. exigebatur, sed in cultu externo Levitico multùm occupata, Levit. XI. 44. c. XIX. 2. c. XX. 7. †At in N. T. [Φ]internus cultus & sanctitatis atq perfectionis studium maximè exigitur. Estote perfecti, ait Salvator, sicut Pater vester qui est in cœlis, perfectus est. Matth. V. ult. Et S. Petrus: Quemadmodum is qui vos vocavit sanctus est, ita ipsi quoq sancti in omni ἀναστροφῇ, conversatione, reddamini, 1. Ep. 1, 15. Ad hoc enim advenit Salvator, ut exhiberet nos sanctos & irreprehensibiles, & inculpatos in conspectu suo, siquidem permanemus in fide fundati ac stabiles, Colos. 1, 22. Siquidem Christus nobis factus est Sapientia & Sanctificatio à DEO, 1. Cor. 1, 30. Atq sicut in V. T. DEUS sanctificabatur in Sanctuario suo: ita in N. T. ait S. Petrus 1. Ep. 3.: Κύριον τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν τῆς καρδίας ὑμῶν. fiduciâ scilicet in præsentiam DEI inhabitantis corda fidelium, ut in V. T. tabernaculum. ait S. Paulus 1. Cor. 3, 16, templum DEI sanctum est, quod vos estis, & spiritus DEI habitat in vobis, & in corpore vestro, ut non sitis ipsi vestri juris, cap. VI. 19.

§. VI.

4.

[1] & consequenter gravior difficultas Fidei gradus enim Fidei

† Porrò Sapientia in occulto erat & abscon[dita] quam sibi manifestatam gloriatur David, 8. Secretum enim DOMINI timentibus eum & fœdus suum revelat eis, Ps. XXV. 14. Apostolus ad Ephes. 3, 5. quod in aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum nunc revelatum est, Apostolis ejus & Prophetis per spiritum.

Φ Sapientiam loquimur inter perfectos, ait S. P[aulus] 1. Cor. 2. & loquimur DEI sapientiam in mysterio quæ abscondita ~~est~~ fuit. Nos enim mentem Christi tenemus. ~~Consequenter etiam~~ Et 2. T[im.] 1, 7. ait: Non enim dedit nobis DEUS spiritum [ti]ditatis, sed potentiæ sive fiduciæ, ac dilectionis & sobrietatis — qui salvos fecit nos, & vocavit vocatione sanctâ — secundum gratiam, quæ d[ata] quidem est nobis per Christum Jesum ante tem[pora] æterna: sed palam facta est nunc per appari[tionem] Servatoris nostri J. C. Et consequenter nun[c]

§. VI.

5. Ex his porrò quinta sequitur differentia, quod minor illuminatio & sanctitas majorem conniventiam DEI post se trahat in V. T. Apostolus ad Rom. 3, 25. ait, Peccata DEUM tolerasse, ad ostendendam justitiam suam in præsenti tempore, in hoc ut ipse sit justus, & justificans eum qui est ex fide Jesu. Etsi enim obligatio legis Moralis ~~est~~ æqualis tam in Veteri, quàm in N. T. exactio tamen sive executio in V. T. laxior fuit, & major conniventia ex parte DEI, quàm in N. T. Exactio, inquam, sive executio, neq enim de jure exigendi hic quæritur, & quatenus est correlatum obligationis quæ in utroq fœdere utiq est æqualis: sed de executione. Ita creditor contra debitorem, qui gaudet beneficio competentiæ, habet quidem jus exigendi in solidum, sed executionem in solidum non habet. Ita Lex divina etiam à regenitis exigit solidum: sed propter beneficium Evangelicum non habet executionem in solidum, quum & ea quæ quis facere potuisset, & neglexit, pœnitenti remittuntur. Justinianus §. tam enim. 21. J. de legat. ~~Et §. 1. 3. 5. J. de except.~~ ait: Quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut actiones suas heres legatario præstet, nisi exegerit vivus testator. ubi actio & exactio opponuntur. Similiter §. 1. sqq. J. de except. opponitur obligationi & actioni ~~[illegible]~~, condemnatio, ut etsi illa efficax sit, tamen hæc sit iniqua, & adjuvari reum per exceptionem contra exactionem.

§. VII.

R. Duc. Hanc assertionem suâ auctoritate comprobat Jo. Chrysostomus de Virginit. c. 44. ait: duas eodem tempore uxores habere, lex sinebat, multaq & in his & in aliis rebus erat temporum illorum indulgentia. At post Christi adventum multò arctior facta est via. Fundamentum porrò hujus rei idem S. Pater cap. 94. aperit: Major nunc virtus ostendenda est, quia multa nunc spiritus ostendenda gratia, & ingens

donum est Christi. Videlicet quò major gratia divina datur, eò rigorosior est exactio obligationis ac condemnatio, vel, quod idem, eò minùs locus est conniventiæ vel indulgentiæ. In Novo Testamento major est gratia, quàm in vetere Fœdere, ut §. V. demonstratum: igitur etiam rigorosior est actio: & consequenter in Veteris Fœderis tempore laxior. # Accedit, quod Salvator Matth. V. & VII. urgeat exactionem rigorosam, reducens regenitos ad exactam Legis obligationem & observationem. Patet hoc etiam exemplis polygamiæ & divortiorum, quæ in Veteri Fœdere licuerunt; non ut per se non essent peccata, sed quia Deus tolerabat: Matth. XIX. 8. Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare uxores vestras: cæterum ab initio non fuit sic. Namq; id licitum dicitur quod medium inter honestum & turpe, quoad poenam & tolerantiam: etsi formaliter magis ad posterius referendum.

§. VIII.

R. dub. 1. Nec obstat, quod Jerem. XXXI. 32. dicitur: Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum ex quo restrictior videtur esse obligatio & exactio in V. T. ut etiam dominatione sive coactione opus fuerit. Neq; sufficere videtur, si dixerit: Hoc non ob exactionem tunc rigidiorem, sed quia lex non confert Spiritum ex quo servandi vires. Non enim de statu merè legali hic disceptatio est, sed imò de regenitis veteris fœderis etiam Evangelici, qui & ipsi Spiritum, non quidem ex Lege, sed ex Evangelio etiam in veteri fœdere obtinuerunt. Sed respondetur, utiq; utriusq; fœderis regenitos obtinuisse Spiritum, sed minori demenso in veteri quàm in novo, ut ex superioribus jam patet: imperium autem seu coactio Legis usum pædagogicum denotat, Gal. 3, 24. Lex pædagogus noster fuit usq; ad

Christum

Salvianus Lib. 2. adv. avarit. p. 246. Sed quærit fortasse aliquis, quid sit istud, quod nunc plus exigat Deus à Christianis per Evangelium, quàm à Judæis antè per Legem? Aperta istius rei ratio est. Ideo enim majora nunc domino nostro solvimus, quia majora debemus. Judæi quippe habebant quondam umbram rerum, nos veritatem: Judæi fuerunt servi, nos adoptivi: Judæi acceperunt jugum, nos libertatem: Judæi maledicta, nos gratiam: Judæi literam interficientem, nos spiritum vivificantem: Judæis servus magister missus est, nobis Filius. &c. &c. Hæc ergo causa est, qua devotiores nos esse dominus sibi velit, quia tum magno devotionem nostram pretio comparavit.

Christum, ut ex fide justificaremur. Instas: si
2. nondum cessat causa remissioris exactioris, vel
causa conniventiæ, necdum cessare effectus di-
cendus, h.e. remissior gradus exactionis sive ipsa
conniventia. At utriusq testamenti tempore per-
durasse causam conniventiæ in regenitis: nempe
naturæ humanæ corruptionem etiam in ipsis,
propter quam impossibile sit, rigorem legis ob-
servare exactè: igitur & effectum ejus per-
durare in N.T. æquè ac in veteri. Natura
enim humana quotidie imbecillior fit cum fine
mundi, ait C. A. de abus. XXIII. Respondetur:
R. In V.T. indulgentia major non simpliciter est
ex æqualitate humanæ corruptionis, sed men-
sura gratiæ & cognitionis minoris: & non cognitio-
nis duntaxat, sed etiam in praxi & viribus
observandæ legis major est gratia N.T. quàm
Veteris, & major naturæ corruptæ restauratio,
unde & majus sanctitatis & perfectionis studi-
um exigitur, supra §. V. denique imperium legis
sive usus ille pædagogicus non per omnia ho-
dieq cessat, neq ἡ ἐπιείκεια Evangelii conni-
ventiam aut indulgentiam peccatorum con-
tinet, sed pœnæ æternæ abolitionem pœnitenti.

§. IX.

Instas ulterius: Patriarchis, Davidi, Salomoni &
3. aliis polygamis majorem utiq & extraordinariam
gratiam divinam contigisse, & nihilominus
laxiorem illam legis executionem in iisdem lo-
cum invenisse: inde sequi, non ex gradu
donorum & gratiæ dependere connivendi ratio-
nem & jus remissius, sed ex naturæ corruptæ
statu, & æquitate Evangelica utriq fœderi
communi. Atq sùt σκληροκαρδία sive naturæ
corruptio in regenitis fuit: ita non posse dici,
minorem gradum Patriarchas habuisse in cogni-
tione divinæ voluntatis circa quædam certa

ob σκληροκαρδίαν communem indulta: Novisse enim eos voluntatem divinam ex primæva institutione v. g. conjugii in paradiso; novisse divinam voluntatem de obligatione ad studium sanctitatis ex traditione Patrum & Mosis repetitione: novisse denique eos Evangelicam ἐπιείκειαν ac indulgentiam. Igitur non ex minore gradu illuminationis, sed ex communi statu naturæ corruptæ etiam in regenitis proficisci divinam indulgentiam in V. T. & consequenter in novo quoque, quia status iste post regenerationem utrobique remaneat. Neque officere, quod omni tempore omnis fidelis eâ gaudeat gratiâ, quæ sincerum studium perfectionis suscipiat, & adhærentes defectus, qui ob hoc non desinant esse peccata, gratiosâ remissione tegat: sufficere enim jam hoc, adeoque permansisse conniventiam Evangelicam etiam in N. T. nisi ubi expressa in novo fœdere extet prohibitio hujus vel istius, quod in V. T. fuerit indultum.

§. X.

Speciatim porrò quoad divortia & polygamiam objicitur: Jure divino primævo atque in statu naturæ integræ conjugia absolutè esse indissolubilia, & nullum locum esse divortiis, quia in eo non dabatur causa ad separationem sufficiens. Jure verò Hebræorum & Romanorum jus divortiorum obtinuisse saltem ad certas causas restrictum, ob statum scilicet naturæ corruptæ, in quo ipso etiam à Salvatore admittitur divortium ob causam stupri & adulterii, Matth. V. 32. cui tamen plures causæ jure Romano, etiam Christiano, adjectæ sint, quarum quasdam usu nostrarum quoque Ecclesiarum obtinere, ut malitiosæ desertionis, impotentiam & quæ essentialia matrimonii tollant. Jus polygamiæ ut naturæ integræ ejusque Legi primævæ consentaneum non sit: ita in statu naturæ corruptæ

ruptæ fuisse illud receptum, etiam divino Hebræ-
orum jure: etsi enim nullibi ejus sanctio ostendi
possit, & polygamia æquè etiam in V. T. divinæ
voluntati adversa dicatur, licet in numero in-
dultorum ob σκληροκαρδίαν plerorumq: ~~neq~~ ajunt
~~eum~~ tamen non requiri sanctionem, sed sufficere ad re-
ceptionem tolerantiam & approbationem divi-
nam hujus moris à Patriarchis inde propagati.
Rem itaq eò redire, an in N. T. jure divino
sublatum sit hoc jus? id verò per nullam
legem, per nullum textum probari. Nam
quod Paulus dicat: Unaquæq mulier habeat
proprium virum, ergo unicum: non validè con-
sequi. Nam & Lea & Rahel & Bilha habuit pro-
prium virum: itemq Abigail & Michal & reliquæ
uxores regiæ. unde injustè Bilha ad alium vi-
rum accedebat, sicut & David ad Batsebam.
Nam vox Proprium duobus modis accipi solet,
primò ut excludit omnem communionem & soci-
etatem, velut Proprium, quod in quarto modo
dici solet, & communi opponitur. Deinde pro-
ut extraneum duntaxat possessorem excludit,
non verò socium & condominum. Itaq rectè
dicitur de socio, quod Stichus ejus sit proprius,
habet enim proprietatem in ipso, etsi non solus
totam, sed communem. Ita Lea habuit suum
& proprium virum, etsi communem cum sorore.
Ais: Debet esse proprietas reciproca, Vir pro-
priam uxorem, uxor proprium maritum: ubi
viro ita propria uxor, ut hæc simul alium ha-
bere nequeat, ita etiam uxori proprius suus
maritus, non cum alia communis. Par enim ratio
& jus utriusq sexus, 1. Cor. 7, 4. Sed reponi poterit,
hoc esse τὸ ἐν ἀρχῇ. atq idem verum est de da-
vide e. g. & Bilha, quod neuter proprii corporis
jus habuerit, ut accederet ad carnem alienam.
Sed & ratio diversitatis inter utrumq sexum datur,

communio uxorum obstat fini conjugii, certitudini prolis suæ & patriæ potestatis, propagationiq familiæ suæ: communio mariti non item.

§. XI.

Denique opponunt: Salvatorem Matth. V. & VI. obligationem Legis rigorosam & exactam explicare contra Pharisæorum dogmata, eoq ipso ostendere, illam naturæ corruptæ impletu impossibilem esse, à sese verò adimplendam, Matth. V. 17. ἦλθον πληρῶσαι. à regenitis porrò quantum possibile ~~exigi~~ præstari in statu Evangelico observantiam & perfectionem, dd. ad d. c. V, ult. & ad 2. Tim. 3. fi. Idq in societate hominis cum Deo, non in civili societate, Matth. V, 22. sqq. aliàs plerique omnes adulterio accusandos ~~sunt~~ fore in foro, to. 28. sqq. & usum juramentorum judicialium ~~fore~~ tollendum, itemq Homagium to. 34. perfectionem itaq Legis divinæ explicari & studium ejus urgeri, non rigorosam executionem, sed τῇ ἐπιεικείᾳ Evangelicâ temperatam: multò minùs Leges civiles condendas hîc præscribi, earúmve pœnas; sed exponi pœnas legis & obligationis rigorosæ divinas temporales & æternas: obnoxius erit gehennæ incendio.

§. XII.

Verum his nihil impedientibus, veriorem esse assertionem nostram adhuc defendimus. Atq in eo, quod nectitur argumentum: si Patriarchæ & ~~Judæi~~ Ebræi noverunt voluntatem divinam ex primæva institutione, ex Mosaica repetitione, ex passione de Messia, ergo eundem illuminationis gradum habuerunt in cognitione voluntatis divinæ: negamus enim hanc sequelam, quia ab illuminatione quoad partes objecti, ad illuminationem quoad identitatem graduum nulla est consecutio, quia sunt disparata. Noverunt quidem veteres in V. T. principia illa suo modo: sed ex iis non fecerunt hanc consecutionem

Resp. ad 3. & 4.

tionem & conclusionem practicam: Hoc ergo esse in præsenti quoq statu faciendum, omittendumve. v.g. polygamiam, divortia, fornicationes. Atq obstitit tunc iis, quominus practicè ita rem conficerent, utiq minor gradus illuminationis; obstitit major vis naturæ carnalis, quæ tum temporis & iis in locis nimiæ ubertatis exuberavit, & libidinem magis dessumavit. Natura enim corporalis quò vegetior, eò corruptior & lascivior. Prudentius: Cum membra morbus disjicit,
animus viget robustior:
membris vicissim fortibus,
vis sauciata mentis est.

obstitit denique mos gentium, quem sequi non putarunt esse illicitum, nisi quid expressè à Deo prohiberetur. Sic Juda non credidit illicitum esse usum meretricum, Gen. XXXVIII. 23. +

Naturam humanam cum fine mundi imbecilliorem fieri, verum est sensu Theologico, quā non inventurus fidem in fine mundi Christus dicitur, sed hoc ob apostasiam universalem, qualis etiam diluvium antecessit: non verum est in sensu physico, quasi natura mundi ob senium decresceret, & mundi interitus naturalis esset, quam de senectute mundi sententiam dudum exploderunt Eruditi. Magis itaq est, ut appropinquante fine mundi, spiritum non extinguamus, quam ut carnem & ejus desideria foveamus. Verum itaq est, non ex sola naturæ corruptione, sed ex minoris gradus illuminatione indulgentiam in V.T. majorem fuisse: neq necesse est, in N.T. ut omnia expressè à Deo prohibeantur, quum generatim in omnibus partibus perfectionis studium salvator præceperit, Matth. V. ult.

+ Imò crediderunt, Reges esse ex leges, & legem privatis scriptam esse. Itaq contra legem Levit. XVIII. 9. Regem posse dispensare & connubium cum sorore germana concedere, 2. Sam. XIII. 13. conf. tr. ult. & C. sq. tr. 24. 33. Cap. XVI. 21.

§. XIII.

Ex his universalibus facile singulatim ad objectamenta de polygamia & divortiis Ebraeorum responderi potest. Nam nec hic expressa requiritur prohibitio, sed sufficit Christi reductio ad studium perfectionis juxta statum naturae integrae & primigeniae. Vis argumentationis adversae ita concipi possit:

Quicquid in statu naturae corruptae jus divinum non prohibuit, sed per indulgentiam impune fieri concessit, de illo etiam in N. T. dispensare potest summa potestas.

Atqui jus polygamiae & divortii promiscui est tale. Ergo dispensabile.

Major enim non est vera, & nulla à veteri ad N. T. necessaria consecutio est. Sed magis est, ut quod contrariatur institutioni, adeoque Legi divinae, illud sit indispensabile hominibus, praesertim in N. T. ubi non de statu naturae simpliciter corruptae disputatur, sed de statu restaurato & gratiae etiam majoris, quam fuit in V. T. Deinde nulla quoque est consequentia à divina V. T. indulgentia & dispensatione ad dispensandi jus summae potestatis civilis in N. T.

§. XIV.

Instas: Quod contrariatur institutioni divinae & legi in statu naturae integrae positae, id esse indispensabile quidem, sed in eodem statu naturâ humanâ permanente, non verò praecise in omni alio & corrupto. Rationem differentiae esse, quod DEUS O. M. corruptae & labefactatae naturae humanae veniam dedit in multis: unde totum jus belli & servitutis: itemque jus litigandi: sed & vindictam privatam ducere originem. Itaque multa licere in statu naturae ~~integrae, adeoque & peccata~~ corruptae,

quae

quæ per se sint prohibita, aut minus honesta in statu naturæ integro, adeoq; & peccata esse intrinsecus, pœnam tamen condonari & reatum. Respondeo, ubiq; τὸ πρῶτον ψεῦδος versatur, & falsa hypothesis, quasi status N.T. sit status corruptus, imò verò est status naturæ restauratæ, regenitæ & ad studium perfectionis capacis redditæ per dona Spiritus S. extantiora, quàm in V.T. ordinariè. Etsi porrò propterea natura regenita nondum ad statum integritatis reducta fuit, ad eum tamen statum, in quo est obligatus ope Spiritûs S. omne studium viresq; adhibere, ut legi & institutioni primævæ obsequatur, & perfectus reddatur: Cui obligationi N.T. contrariatur dispensatio talis aut conniventia, & consequenter etiam legi & præcepto Christi: Estote perfecti. Nihil igitur impedit, quod fundamentum inordinatæ naturæ semel extet, idq; in hac vita non mutabile. Nam imò mutari in melius potest ac debet natura regenita per gratiam N.T. Remedia itaq; inordinatæ naturæ compescendæ non sunt quærenda ex polygamia aut pellicatu, ista enim non sunt proportionata & convenientia naturæ regenitæ & ad primigeniam reducendæ, sed ex gratia Spiritus S. singulis regenitis communicata, & per preces assiduas atq; exercitamenta sanctitatis quotidie augmentanda: qui enim habet, illi dabitur, ait Salvator. Et S. Jacobus: Ne erretis, fratres dilecti, omnis donatio bona, & omne donum perfectum descendit à Patre luminum, rogantibus cum fiducia, c. 1, 5. 6. 16. sq.

§. XV.

6. Sequitur denique sexta differentia inter statum
teris & novi Foederis Dei cum genere humano
quoad latitudinem & amplitudinem Ecclesiae
In illo per Abrahamum à Deo peculiaris sibi
conditus fuit populus, peculiaris Resp. & Eccl.
ab omnibus gentibus & nationibus, universali
apostasia & idolatria infectis jam, remota & s
parata. Hinc illa Judaeorum praerogativa, de
David Ψ. CXLVII. fi. qui annunciat verbum suum
Jacob: justitias & judicia sua Israël. Non fecit
taliter omni nationi: & judicia sua non man
festavit eis. Et S. Paulus Rom. 3. eam expon
ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. concred
ipsis fuerunt ~~verba~~ divina eloquia. Dei
ad unum certum locum publicum cultus pu
cus erat alligatus, ac primò Silunte in tribu
Ephraim: postea in Gibeon, 2. Par. 1, 3. & t
dem Hierosolymis, 2. Par. V, 5. Joh. IV, 21. De
& illa praeeminentia Judaeis propria, quod ἡ Σω
τηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν, Joh. IV, 22.
Matth. 2, 2. 5. Ac in N. T. communicata sum
eloquia divina omni nationi, de quo vatic
natus David Ψ. XIX. 5. interprete S. Paulo R
X. 18. adeoque gloriatio exclusa est per Evan
gelium, Rom. 3, 27. 29. Joh. IV. 21. c. X, 16.
Remanserat tamen putatitia quaedam praeroga
tiva, Judaeis etiam Christianis insidens, prae gen
tilibus conversis, quasi aut gentiles ~~ex~~ à grati
& Ecclesia Christi planè sint excludendi, quod
dem ad tempus aliquod ab ipso Salvatore ante
Spiritus S. missionem observatum videtur, Matth
X. 5. in viam gentium ne abieritis, & in civita
Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite μᾶλλον
potius ad oves perditas domus Israël. Sed confer
S. Paulus: qui obsistunt nobis, ne loquamur gen
tibus, 1. Thess. 2, 16.

Hin

Hinc difficulter & demum post magnam persecutio-
nem & dispersionem discipulorum Samaritani &
Gentiles in Ecclesiam Christi recepti & baptisati,
Act. VIII, 5. 36. & C. X. observatâ tamen subinde
prærogativâ Judæorum, Act. XIII. 5. 7. 46.
Aut postquam perspicientes enixam voluntatem
DEI, gentiles excludere non poterant Judæi
conversi, urgebant tamen, ~~[illegible]~~ ut sicut
ipsi, ita & gentiles cum onere legis Mosaicæ
reciperentur, quod tamen aliter à Spiritu S.
& à Senatu Apostolico decisum Act. XV. Id quod
ipsum est, quod jam tum in parabola taxaverat
Salvator Matth. XX. 12. Postquam Judæus quidam
de modo acquirendi vitam æternam Salvatorem
interrogasset, c. XIX. 16. & quidem ex præconcepta
hypothesi de operibus legis quærens, quæ opera
sint necessaria? respondet dominus dupliciter,
primò docens, non sufficere ista externa, secundum
dogma Phariseorum, sed requiri etiam interna,
& perfectionem omnimodam: Si vis perfectus esse
ex Lege, vade, vende quæ habes, & da paupe-
ribus: & habebis thesaurum in cœlis. Verum
enim verò neq sic vitam æternam obtinebis, quia
nec ista venditio & distributio eo perfectionis gradu
fieri poterit, quo lex requirit: Itaq requirit
ulteriùs receptionem Evangelii & fidem in
Christum: Sequere me. Sed quum iste dives
esset, & interna perfectione destitutus, quâ non
est spes ponenda in divitiis 1. Tim. ult. 17. itaq perquam dif-
ficile ait dominus esse, ut dives talis in regnum
DEI ingrediatur: ~~[illegible]~~ quo scandalisatis discipulis,
ait: Apud homines hoc impossibile est: apud
deum autem omnia possibilia sunt per Christum,
vox revelandum hominibus & per in ipsum fidem.
Insistentes itaq Apostoli verbis domini: Sequere
me. ajunt: Atqui nos reliquimus omnia & secuti

te sumus, anne ergo certò nos manet vita æter-
na? quod Dominus affirmat & ampliat quoq quan-
tum ad gradus gloriæ in vita æterna & præ-
rogativam Apostolorum. Hinc illustrat eam
de acquisitione gratiæ & salutis æternæ
doctrinam per parabolam de operariis in vi-
neam conductis, h.e. hominibus ad Ecclesiam
vocatis, inter quos primi sunt Judæi ex fœ-
dere & pacto cum Abrahamo & ejus posteris
repetito per Mosen. Medii sunt proselyti
ex gentibus in V.T. ultimi denique gentiles
omnes in N.T. per gratiam universis publi-
catam & omnium gentium ad Ecclesiam
Christi vocationem. Inter hos ultimi in
distributione salutis æternæ acquirunt eam
per gratiam, non attento eo quod non operibus
Legis Mosaicæ studuerint. Primi autem
Judæi æqualitatem respuentes & prærogati-
vam urgentes, ac proportione geometrica rem
metientes, oblatam salutem rejecerunt, mur-
murantes de inæqualitate operum, sed re-
sponsum ipsis est, Tolle quod tuum est & abi.
Itaq multi novissimi erunt primi, & primi
ultimi: multiq vocati, pauci electi.
Sed quam excæcatio Judæorum duratura sit
usq dum plenitudo gentium advenerit: itaq
spes est, ut totus Israel salvus tandem fuerit,
Rom. XI, 25. & velamen sublatum, 2. Cor. 3, 16.

CAP. V.

1.4. De pactionibus privatis & speciatim quæ in SS. Baptismate cernitur.

§. 1.

Supra cap. 1. §. 4. divisimus pactiones divinas in Pactio dis. priv.

publicas

publicas & privatas, publicis jam perlustratis dispi-
ciamus quoque privatis, inter DEUM & homines rege-
nitos singulos. [Hæ porrò dividi possunt in Reales &
Consensuales, itaque solo consensu constat S. Absolutio:
Re autem interveniente constant Sacramenta,
inter quæ primum est initiationis ~~Sacramentum~~ Mysterium
SS. Baptisma. De quo Salvator O.M. cum Nicode-
mo tractavit, quærente de via salutis vera:
quam regenerationem Jesus asserebat unicam,
ait: Nisi quis renatus fuerit, non potest videre
regnum DEI. & iterum: Amen, amen, dico tibi:
nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,
non potest introire in regnum DEI. Finis igitur
hujus pacti cum quolibet Individuo facti† ultimus
& communis est, Salus hominis æterna. Interme-
dius & proximus est Regeneratio naturæ huma-
næ corruptæ, tum generatim, tum verò singu-
latim individualis paciscentis, ejusque emendatio,
quâ capax illa redditur fidei salvificæ &
gratiæ divinæ ac redunitionis cum SS. Trini-
tate. Externus est, pt quis fiat membrum Ecclæ Christianæ.

§. 11.

Cernitur itaque in hoc regenerationis pacto, ex parte
DEI oblatio gratiæ & redunitionis per Verbum
promissionis & symbolum aquæ benedictæ.
Ex parte hominis paciscentis, Non-repugnantia
& admissio Verbi divini & acceptatio vel appli-
catio symboli & baptismatis externi. Natura-
lis pietas & dispositio ad salutem veram non
sufficit, exemplo Antonini Philosophi Imp. in
libris ad seipsum, & aliorum Philosophorum Socra-
ticorum imprimis & Stoicorum, ~~[illegible]~~ sed oportet
Verbum divinum ejusque vis enthea admittatur,
neque ὡς ψιλὴ πρᾶταξις cum Antonino ~~[illegible]~~ con-
temnatur.† Ita enim S. Johannes cap. 1. Evangelii
comm. XII. Quotquot autem receperunt Eum, dedit
eis ut liceret filios DEI fieri, videlicet his qui
credidissent in nomen ipsius. Igitur quicunque
recipiunt Mediatorem in Verbo Evangelico &

[De his apud Esai. c. LV. Inclinate aurem vestram, & venite ad me, audite, & vivet anima vestra, & feriam vobiscum PACTUM [S. Bapt. sempiternum, misericordias David fideles.

Ejus

Finis

† est vel internus, vel externus: Internus iterum duplex, vel

Partes

~~Philosophi Moralis ad Prud: Cap. 2. et de Prud: Juris Christian:~~ §. X.

† V. Manuduct. Philos. Mor: ad Prud: Cap. 2. §. 5. & de Prud: Jur: Christian: Cap. 1. §. 10.

vel non-repugnant verbo: Jesum Mariæ filium esse Mediatorem generis humani, ejs datur facultas credendi & filiationis. Sic Nicodemus, Cornelius Centurio, Lydia & alii non tantùm non repugnabant verbo illi, sed sollicite etiam erant de veritate & conformitate hujus rei ad salutem cum Sacris Scripturis Mosis & Prophetarum. Contra Felix Præses, non admittebat verbum, sed differebat cognitionem ἀκριβέστερον τοῦ δόγματος τῆς ὁδοῦ, certiùs visurus de hac re ubi salutis, Act. XXIV. 22. 26. nec etiam Festus, c. XXV. 19. qui Deorum quasdam de sua superstitione judicans Verbum Evangelium, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere, ipsum ignorabant. Sed nec Agrippa Rex admisit: Modicâ ex parte persuades mihi ut fiam Christianus. c. XXVI. 28. Unde non admisso Verbo, nec fides concipi potuit ex Verbo.

§. III.

Forma itaq; hujus negotii consistere in consensu, Formula.
nis partibus naturæ, patet. Pactum cum Deo facere, Ecclesiæ Francorum usitata loquendi ratio. S. Eligius Episc. Noviomensis in Homilia: Memento quia tunc pactum cum Deo fecisti, atq; abrenunciare nos diabolo & omnibus operibus ejus in ipso Baptismi sacramento promisisti. Qui potuit, tunc ipse per se & pro se hoc respondit. Qui verò non potuit, fidejussa pro eo ad ejus vicem ipsi Deo promisit, ille scilicet qui eum de sacro fonte suscepit.

Formula hujus pacti ex parte DEI est: Qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit. Marc. XVI. 16. Ex parte hominis est Repromissio nova vitæ & observantiæ Legis divinæ. Hæc quum per modum interrogationis & responsionis inter præsentes fiat hoc pactum, igitur non male etiam Stipulatio appellatur, quamquam etiam pactum in genere ipso modo fieri possit, l. 7. §. ff. de pact. † Vocabulo autem Testamenti appellari posse

[Abrenunciatione diabolo, pompis & angelis ejus, V. Ambr. de Symbol. lib. 2. Ubi ait: Pompa diaboli sunt prava desideria, quæ tripudiant, non quæ ejurant ne sint desideria carnis, desideria oculorum, ambitiosi cultûs.

† Quam in sententiam etiam ἐπεξεργασία l. Pactum à quibusdam explicatur, de qua mox. Formam interrogationis refert Cyprianus lib. 1. Epist. 6. ad Magnum Credis remissionem peccatorum, & vitam æternam per S. Eccl. Et Ep. 18. repetitur.

posse negat Jac. Andreæ in Colloquio Mompelgartensi
an. 1586. contra Bezam, pag. 53. contrà quam SS.
Syncerus, de qua re cap. seq.

§. IV.

Effectus pacti baptismalis coincidit cum fine, de quo antea: Sed quum subjecti hîc cernatur diversitas, aut enim adulti sunt, qui per baptismum percipiuntur, aut infantes qui annos discretionis ac judicii alicujus nondum attigerunt: hinc etiam quoad effectum quidam observatur differentia. In adultis confertur gratia & fides justificans ex Verbi divini auscultatione, & devota receptione, etiam ante baptismum, ut vel exemplo Æthiopis constat, Act. VIII. 36. 37. conf. Act. 2, 37. 41. c. VIII. 12. c. IX. 11. 18. c. XVI. 31. c. X. 44. 47. accedit deinde per baptismum Regeneratio plena & finita S. obsignatio, sicut etiam in puero circumcisionis fiebat. S. Paulus de Abrahamo: Et signum accepit circumcisionis, obsignaculum justitiæ fidei, quæ fuerat in præputio. Rom. 4, 11. In infantibus confertur gratia & fides justificans per ipsum baptismum & regeneratio fit ac obsignatio sub conditione ratihabitionis quum per ætatem Verbum, quod ad elementum accesserat, non respuerint. Vid. Spener. de Justific. c. VI, 29. & c. VIII, 66. Deinde Confirmationis Sacramentum postea in Ecclesia fuit introductum, quo ipso ea, quæ gesta ac promissa fuerant pro infante à susceptore, ab adulto postea rata habeatur, & fidei confessio edatur publicè. Atque quo solemnitate etsi fit, oportet tamen sequatur interna saltem ratihabitio actu Verbi recepti; alioquin regeneratio est nulla. S. Augustinus de Symbolo ad Catechumenos

Augustinus de Symbolo ad Catechumenos Lib. II. ait: Fatendum quidem adhuc per Sacramentum baptismi reatus, sed per crucis signum in utero S. matris Ecclesiæ non concepti estis.

Quo pertinet etiam Vatis interna; 2 Cor. 1, 21. qui confirmat nos nobiscum in Christum, & qui unxit nos, Deus est.

(Apostatis)

Lib. 1. ait: Sed Hæretici, baptismum non mutamus. Quare? quia habent baptismum. Quomodo desertor habet characterem: ita & isti habent baptismum: habent, sed unde damnantur, non unde coronantur. Tamen si desertor ipse correctus incipiat militare, negandum audet quisquis characterem antare?

Idem Lib. 3. de merit. peccator. & bapt. parvul. & Lib. de peccat. orig. T. VII. item Lib. de Gest. & Lib. arbitr. c. XXII. de personis certè Pelagianis quid respondeat, non incertum est, quorum nec voluntas ulla est in suscipienda gratia, cujus voluntatis meritum præcessisse dicunt, & super eos etiam cum fletu voluntari nihilominus, quando baptizantur, & divina sacramenta percipiunt. Deinde ad nullum impietatis genus non interpretetur, si jam libero uteretur arbitrio: & tamen haberet etiam in voluntatibus gratia apertissime, nulla bona meritis præcederetur, alioquin gratia jam non esset gratia.

§. V.

Ad hunc effectum internum & statum gratiæ ac filiationis pertinet τὸ ἐπερώτημα τῆς συνειδήσεως, quam vocat Petrus 1. Ep. 3. pen. ait: σώζει βάπτισμα· οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. i. e. Baptismus nos salvos facit, quo non carnis sordes, Judæis frequentato, abjiciuntur, sed quo fit, ut bona conscientia atq regenita, bene respondeat apud DEUM. Vulgatæ dicitur Interrogatio in DEUM. H. Stephanus in Thes. Græc. Linguæ Tom. 1. scribit: Videlicet ἐπερώτημα primò significat Interrogatum, sive id quod interrogatur, adeóq proprie quæstionem ipsam, quæ interrogatur, vel actum interrogantis, qui stipulatio etiam Romanis dicitur. Sed & plenius deinde accipitur hoc vocabulum pro responso aut promisso ad ~~stipulationem~~ interrogationem; sicut & stipulatio Jure Romano pro utroq sumitur. Hinc apud Dialecticos certum disputationis & argumentationis genus per ἐπερωτήματα & interrogationes ac responsiones, frequens in scholis Veterum. Sed & in Foro inde dicta ἐπερωτήματα, responsa testium ad interrogatorios articulos, sive attestata, argumenta & probationes. Itaq alii ex Interpp. aliter vocem exponunt. Alii per stipulationem, & Germanica nostra versio per fœdus, [illegible] Gravissimus. Sicut enim in contractibus emens aut comparans sibi aliquid commodi, certâ ratione ac formulis interrogat venditorem, ac stipulatur ab eo, quærendo: An hoc vel illud mihi vendis ac tradis? & hac conditione ac pretio &c. Cui contrà venditor respondens

af.

F voc. ἐρωτῶ. id: 1906.

firmat: Sic igitur etiam in Baptismo, cum
Deus interrogando sibi stipulatur, ac obli-
gat nos, nostram fidem & obedientiam;
nos vicissim nobis stipulando per fidem,
obligamus ejus paternum favorem ac gratiam,
ita Flacius in Clav. voc. Bapt. Sed ut antea
dictum, in Baptismo & Regeneratione homo
non tam stipulatur, quàm acceptatis personam
sustinet, Deus verò stipulatoris & offerentis.
Porrò etsi stipulatio pro integro negotio actu
contractus etiam spectetur, tamen initium fit
à stipulante creditore, & sequitur promissio
actu obligatio rei promittendi ac debitoris.
Quare si Baptismus est quædam stipulatio,
dicendum est, Deum stipulari fidem in
Christum; sicuti 1 Petr. IX. 21. dicitur, ἐπε-
ρώτημα θεῷ; habeque fidem? quæ
sequitur contestatio fidei & promissio obedi-
endæ. ✠ Porrò alii, & Gallicana versio
τὸ ἐπερώτημα exponunt per attestatum,
ἓν ce qu'il y ait attestation de bonne conscience
devant Dieu. Actu magis est, ut hîc potius
per argumentum, probationem ac certitudinem
vocabulum interpretemur, quod alibi etiam
παῤῥησία. Est enim hîc sermo Apostolo
non de essentia baptismatis, sed de effectu,
de quo S. Joh. 1. Ep. 3, 21. ἐὰν ἡ καρδία
ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ, παῤῥησίαν
ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. Et cap. V. 14.
αὕτη ἐστὶν ἡ παῤῥησία ἣν ἔχομεν πρὸς
αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα, κατὰ
τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.

§. VI.

Accessorium pactum foederis baptismalis est, quod
1 Jure humano introductum est, & quo sponsores aut
fidejussores pro infantibus & qui pro se ipsi respondere
ac pacisci verbis non possunt, promittunt ac de
fide respondent Deo, ut S. Eligius modo dicebat
de quo etiam §. IV. jam actum. Sed aliud atque
2. jure divino quoque accedit pignoratitium, quo Spiritus
Sanctus velut pignus aut obses regenito confertur in
majorem securitatem & certitudinem salutis. S. Paulus
2. Cor. 1, 22. qui obsignavit nos, deditque arrham spi-
ritus in cordibus nostris. Et c. V. 5. ὁ ἀς δοὺς ἡμῖν
ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος. Atque ad Ephes. 1, 13. per
Eph. 1, 13. aquam credidistis, obsignati estis Spiritu pro-
missionis sancto: qui est arrhabo hereditatis nostrae
εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, ad acquirendam
possessionem illius. Scilicet quemadmodum jure
humano legatorum causâ cautiones interponuntur
quae de re t. t. π. ut legatorum vel fideicommissorum
servandorum causa caveatur. Et confer L. 5.
ut in possessionem legatorum servandorum causa
mittatur. itemque L. 96. §. 3. de legat. 1.

CAP. VI.

de S. Absolutione atq; Pactione divina in, SS. synaxi.

§. 1.

Pactum baptismale, de quo antea, non tantùm per quotidianam pœnitentiam est renovandum: quum tota vita Christiana sit pœnitentia quotidiana. Quicunq; enim baptizati sumus in Christo Jesu, in mortem ejus baptizati sumus: Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem: ut, quomodo Christus surrexit: ita & nos in novitate vitæ ambulemus, Rom. VI. 2. 4. Eph. IV. 23. Id quod quidem quotidie privatim per preces & colloquia cum Deo fieri debet: Subinde tamen etiam ut id fiat per Confessionem specialem Confessionario & Ecclesiæ Presbytero factam, utilitas nostra atq; & captiones per peccatorum varias necessitas postulat, atq; Seniores, quos Ecclesia Christi

Pacti renovatio quotid.

Formula pacti hic in re exstat, Matth. XVI. 19. quod de S. Petro quidem loquitur sed mox cap. XVIII. 18. extenditur ad omnes discipulos, ut & Joh. XX. 23. V. Epist. S. Joh. 2: 1.

Singulari Confess.

Subjungitur Absolutionem,

Quorum ante Confessio illa extorta de religionis professione & peractorum confessione generali, & Absolutione à peccatis impetratis, etiam hypocrita est comparatus, & parit magis se, veritatem in illis cognoscens, sine pœnitentia, fide vera, & conversione à peccatis seriâ. Proprius tamen in Fidelium effectus est præterea Recordatio seria de medio salutis & applicatio per Fidem vivam i.e. Charitatem erga Deum & homines, atq; ipsa Unio & unionis renovatio cum Salvatore invisibili: item seria recordatio visibilis per sacram Salvatoris & receptionem in morte, quoad animam, & in Resurrectione Piorum, quoad corpus quoq;. Denique præparatio ad mortem piam, & animi confortatio adversus ejus atrocitatem mortis, in quo finitur corpus mortale, & directus ejus ad vitam æternam, quod resurget in æternum, & duraturum, 1. Cor. XV. 43.

S. Synax.

post. pignor. tum.

Formula pacti

De hac pacti specie ait ex formula Fidei Ecclesiæ Germanicæ Rhabanus Maurus, Archiepisc. Moguntin. l. 1. de instit. clericor. c. 31. In sacramento fidelitatis quo communicantes pactum societatis & pacis iniunt. Quod quoad singulos communicantes verissimum, nisi fiat hypocrita. Quoad Ecclesiam ipsam

§. II.

Postquam ergo Deorum fœdus cum humano genere pepigerat Deus, per Mediatorem Filium reconciliatus, de quo Cap. IV. constitui hic ipse Mediator, ad Patrem cœlestem rediturus, duo pœnitentiæ ac privata pacta, quorum altero singuli, fœdus universale acceptantes, initiantur sacris Ecclesia Christi altero confirmantur. Atq; hoc monitorium per ultimam

voluntatem constituit Matth. xxvi. 26. Marc xiv 22. Luc. xxii. 19. 1. Cor. xi, 24. Ἐλάβετον δὲ ἄρτον λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδ[ωκεν] τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε. ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ ΜΟΥ. Καὶ λαβὼν τὸ ποτή[ριον], καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· ΤΟΥΤΟ ΓΑΡ ΕΣΤΙ ΤΟ ΑΙΜΑ ΜΟΥ ΤΟ ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ, ΤΟ ΠΕΡΙ ΠΟΛΛΩΝ ΕΚΧΥΝΟΜΕΝΟΝ ΕΙΣ ΑΦΕΣΙΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ. Καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. Emphasin hîc habent verba primò praeceptiva, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. & deinde observium relativa: καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. quæ in priori articulo de SS. Corpore, non adhibentur. Profligando condemnavit Jesus dogma adversarium: Bibite ex hoc non omnes, sed soli clerici. Decani certi juris est, quod omnis voluntas ultima & institutio testamentaria directa est præcepti, contradistincta ab ea indirecta, precaria & fideicommissaria, quâ quis rogatus est facere. Quum porrò testamentaria salvatoris institutio ultro sit directa & verbis præceptivis concepta: Jgitur non ita arbitrium Ecclesiæ potuit aliquid ea in re demere. Id quod tamen Nicol. de Cusa Cardin. contra Hussitas omnibus modis conat[us] est defendere, id semper τὸ ἐν ἀρχῇ petit.

ΚΛΩΜΕΝΟΝ
† ΤΟ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ ΔΙΔΟΜΕΝΟΝ, ΤΟΥΤΟ ΠΟΙΕΙΤΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ.

† μετὰ τὸ δειπνῆσαι,
* ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ
† ΤΟΥΤΟ ΠΟΙΕΙΤΕ ΟΣΑΚΙΣ ΑΝ ΠΙΝΗΤΕ, ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ.

* Quod autem S. Lucas & S. Paulus institutioni S. Co[ena] adjiciunt, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, postquam cœnassent, non separat actum administrationis S. Cœnæ ab actu ponendi poculum ablutionis tractum dederit, id quod totus actus post cœnam vulgarem & completam [ab] Iis agoi, instituerit hoc Sacramentum, & primò [in] SS. corporis complexionem, & mox etiam SS. sanguinis bibitionem.

§. III.

Præter loca allegata, quibus formula de cœnæ Joh. 6, 54.
hujus pacti pignoratitii continetur, habetur etiam alius Joh. VI. 54. ubi occasione miræ cibi circa quinq; panes hordeaceos, comparat salvator Manna seu panem cœlestem V. T. cum Pane cœlesti N. T. quem profitetur semet ipsum esse: de quo quum scandalum accepissent fidei, confirmat eandem assertionem, & declarat: Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita † quod necdum intelligentibus, ita explicat: Amen, amen dico vobis, si non ederitis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. &c. idem enim sæpius & emphatice inculcatur.

v. 51. † tibi nota verbum futuri, non præsentis temporis

D

Alcuinus Comm. in S. Joann. Evang. L. 3. c. 15. p. 490.

Hoc est manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere & illum manentem in se habere. At per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritaliter ejus carnem; licet carnaliter & visibiliter premat Sacramentum corporis & sanguinis Christi; sed magis tantæ rei Sacramentum ad judicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumsit ad Christi accedere Sacramenta, quæ aliàs non dignè sumit, nisi qui mundus est.

Patres Eccl. ex hoc ipso, & quod haec ita toties repetuntur, & in sensu suo naturali ac proprio proferuntur, itaq; posthabito sensu metaphorico de spirituali tantùm manducatione, in sensu proprio de hoc ipso SS. Sacramento Corporis & Sanguinis Christi, unanimi consensu omnium hunc accepisse Patres Ecclesiæ. Eadem sentiunt Centuriatores Magdeburgenses lib. 1. Cent. 1. c. IV. itemq; Ecclesiam Romanam, (præter Cajetanum & recentiores, inter quos & Corn. Jansenium,) ex eâ tantùm instituto, ut statuant tantùm Ecclesiæ Romanæ de una tantùm specie mianq; impugnetur. Quemadmodum nec ipsi & Calvini sectatores non proprium admittunt sensum, ut eò minus novam præfationem carnis & sanguinis concedere cogantur.

Formula Concordiæ pag. 743. ait: de spirituali manducatione præcipuè Joh. VI. id quod duplicem parit intellectum, vel hic textus de utroq; eodem & sacramentali & spirituali manducatione cogatur, præcipuè tamen de spirituali: vel quod tum alibi, tum verò præcipuè in hoc textu de spirituali sola agatur. Confer dissentientes inter se Hulsmann. Breviar. cap. XIII. Supplem. th. 1. & 4. & Calixt. in Concord. lib. V. c. 2. *

Ex his, opinor, non difficulter potest decidendi ratio controversiæ in Colloquio Mompelgartensi agitatæ A. C. 1586. inter Jac. Andreæ & Bezam, de quinq; controversiis, quarum prima de S. Cœna in qua quæsitum obiter, etiam hoc quæstionem: An S. Cœna recte appelletur Testamentum? Negavit Beza, quia non sit ipsum testamentum sed tantum pars Testamenti Christi, videlicet esus, obsignatio, sigillum & pignus; & N. T. non S. Synod. Montbeliard. 1586. Sect. 2. Contra Heshusium. Sect. 3. Contra Heshusium. Sect. 4. Contra Heshusium. Sect. 5. Contra Heshusium. Sect. 6. Contra Heshusium. Sect. 7. Contra Heshusium. Sect. 8. Contra Heshusium. Sect. 9. Contra Heshusium. Sect. 10. Contra Heshusium. Sect. 11. Contra Heshusium. Sect.

sisse, etsi S. Cœna non instituta fuisset.
Affirmavit Andreæ, per verba institutionis: Hoc
poculum N. T. est in meo sanguine. Deinde q
S. Eucharistia habet omnia substantialia, q
in testamento legitimo & solenni requiruntur
1. Testator, Christus. 2. Formalia verba testatoris
quibus suam voluntatem declaravit. 3. Hæredes
h. e. omnes qui credunt in Christum, pro qui
effusus est sanguis Christi. 4. Legata, remi
peccatorum & vita æterna: Hic est sanguis m
N. T. qui effusus est &. 5. Testes, XII. Apostoli
6. sigilla, visibilia & invisibilia, panis &
vinum, & corpus & sanguis. Hæc isti; in
triusq sententia verum falso mixtum. In po
riori nulla extat hereditas, inqua institutus
heres, siquidem vita æterna legatis annu
ratur, quibus deductis demum heres hereditate g
det: aut voluit hereditatem per legata
telligere, minus peritè. Sed & testes non
possunt esse simul heredes, §. 10. J. de Testam.
Deniq non testamenti scriptirationem haber
potest, sed saltem nuncupativi, quod nullis s
gillis indiget: atq corpus atq sanguis elemen
unita rationem pignoris, ut dictum,
eunt, quod in hoc testamento majoris securi
gratia de hereditate in diem relicta, c
stituitur. Cæterum Beza ludit vocabulo: ne
hic de totâ novi fœderis ac testamenti rat
one quæritur, † cujus utiq pars est institut
hujus Sacramenti; sed de hac ipsa parte,
obtineat speciem ultimæ voluntatis aut
testamenti, quod eò minus negari poterit
quoniam pignus est testamentarium: & Apo
lus ac Lucas ajunt: τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ
θήκη, hoc poculum, novum testamentum per san
nem meum. Hæreditas aut salus æterna conf
tur ex pacto Evangelii & baptismi: confirmatur
per pignus testamentarium vel in codicillis relic
§.

† in qua significatione à S. Paulo Gal. 3. 15.
& à nobis Cap. IV. accipitur,

§. V.

Sed de eo potius videndum: Cum cap. antecedente jam traditum sit, etiam in foedere baptismali inter, cedere pactum pignoris de ἀσφαλείᾳ Spiritus S. quid vltrà hoc pignus conferat? Vtq; quod Salvator Hebr. VII. 22. dicitur fautus esse ἔγγυος sponsor Novi testamenti melioris, Sanctissimus, testamenti: & cap. IX. 15. ob id novi testamenti μεσίτης esse, ut regeniti acquirant hereditatem aeternam sibi relictam, intercedente morte; id quidem generatim ad officium Mediatoris & Interces, sionis pertinet, quemadmodum jure humano legatorum fiduciarum cautio ab heride cavere solet, v. c. ff. ut Legat. Serv. cau. cav. Sed in baptismo vtq; SS. Communione singuli pignus accipiunt: vtq; in illo quidem Spiritum Sanctum, quocum anima unitur, vtq; ut signaculo & charactere obsignatur: in hac verò ipsam carnem & sanguinem Salvatoris, Filii DEI & Mariæ, adeoq; substantiam ejus ipsam, cum qua & anima & corpus quoq; regeniti uniuntur, ut quoad utrumq; eo magis certi sint de resurrectione vtq; vitæ aeternæ fruitione. - arg. Rom. VIII. 11.

Si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum (1. Petr. 2, 17.) Spiritus verò vita est per justificationem. — Idem Spiritus συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι & conscientiæ nostræ, quod sumus filii DEI.

§. VI.

Ex his decisis controversiis de certitudine Salutis, ita vero remissionis quoq; peccatorum & gratiæ acceptæ, vtq; dependet. De salute sua certus ille est, qui certus est de literæ fidem salvificam: porrò quod habeat fidem salvificam, ex eo quis certus sit, quod peccatorum remissionem per S. Absolutionem & potestatem clavium acceperit. De peccatorum remissione & ab ijs absolutione quis certus est ex sincera poenitentia vera & non simulata, quam salvator justsit praedicari in nomine suo, poenitentiam ἀφεσιν ἁμαρτιῶν inter omnes gentes, Luc. ult. 47. vtq; ratio

Pald. pign. in bapt. & S. Syn. et diff.

2v. de certitudine salutis.

habitionis certitudinem ~~fuit~~ provisit, Joh. 20. 23.

Deus, sensum vera & non hypocritica poenitentia, seppeditat certò cujusvis conscientia, qua cuilibet dictitat, an requisita vera poenitentia adsint, in, primis firmum propositum peccata perpetrata ~~non~~ ~~extra~~ continuare, seu & omnia quantum potest excitare: qui enim tale propositum non habet, is delituitur verâ & viva fide salvifica, nec impetrat absolutionem à peccatis veram & efficacem, cum, seu talem qualis est fides ejus. † Plane certitudo haec non mathematica quidam aut physica, sed moralis est, nec absoluta ea, sed hypothetica, sub conditione, perseverantiae in fide viva ~~& charitate~~ 2. Joh. 9. Ebr. 6. 4. charitate: adeoque etsi de praesenti quisque de salute sua certus est, non tamen de futuro, nisi perseveret in illo fidei statu ut ajunt & sicem. # Haec sententia fuit priscae Ecclesiae Apostolicae, eadem Africanae, teste S. Augustino, eadem Francicae, Anselmo Episcopo Lugdun. teste, Vid. S. Agobardi T. II. à St. Baluzio edito pag. 148. seq. in fin. * Agitata fuit haec res, nonnisi maximè in Concilio Tridentino, ansam videntur dedisse quidam ex Reformatoribus, qui asserebant veram poenitentiae duas duntaxat partes, contritionem & fidem, omisso bono proposito. unde Sess. VI. c. 9. vocat, ter rara & ab omni pietate remota fiducia. seu S. C. Ecclesiae purpura hoc imputare docet Italorum. Brevi. c. XII. 1. Contra pars adversa urgebat in vera poenitentiae satisfactionem operis, quam tamen vetus Ecclesia non respectu Dei, cui per Mediatorem veniam satisfactam pro totius mundi peccatis, seu respectu Ecclesiae offensae & emendandi peccandi gratiâ, intellexit. Agitatae inter ipsos Patres Concilii, & pugnae inter Pontificios Dd. disceptio, nec circa haec orta & diversae Concilii interpretationes, quas exponunt qui tum pro eo, tum contra illud de ipso scripserunt.

† Certè non patitur ἡ καθ' ἡμᾶς fides, quam urgent Apostoli, fluctuantem de impetrata remissione peccatorum conscientiam, nec dubiam conscientiae filiam adoptat, nec filiae conscientiam relinquit dubiam, quam ~~sit~~ 1. Joh. 1. 9. v. 17. c. 3. 19. sit ἀναπαυσις ἡμῶν ἐν ἐλπίδι Hebr. XI. 1., ut de Apostolis, porrò & nostra certum esse, de ~~salute~~ salute sua 2. Tim. 1, 12. ipse ex eo potissimum fiduciam quod potens sit is cui fidem habet, depositum suum i. e. salutem, custodire per spiritum S. nos in illum. De potentia porrò nemo Christianus dubitare debet, nisi in deum injuriosus: de voluntate porrò multò minùs, quam ea per pacta toties repetita etiam juratò dubia esse nequit.

Sed & de praesenti etsi fides ac proinde non certa fiducia, nec tamen haec omni formidine suae fragilitatis etiam in praesentibus actionibus interioris quam exterioris. Vide S. Bernhard. de III. de fract. Sept. pan. & ex eo Jo. Gerhard. tom. P. 3. c. 3.

* Caeterum illud observare licet in Scriptoribus hujus aetatis sequioris saeculorum, vitae reformationem, et, nulla Gratiae divinae gratis datae, & gratam fore personam ~~non~~ meritis fieri solet, ~~sed~~ & meritorum, operum meritis inculcantes, & tuam contra Secundinum Salutis & gratiae adeptae, Leges Jo. Keisersp. Comi

CAP. VII.

de

Pacto divino cum anima fideli de statu ejus à corpore separatæ.

§. I.

versalem) cum illo — Et apprehensa est bestia
& cum illa pseudopropheta — vivi conjecti sunt hi
duo in stagnum ignis ardens sulphure: Et cæteri
occisi sunt gladio sedentis super equum. Nec mirum
pugnat.

§. IX.

§. IX.

Conuers. Iudæor. cap.

Vocatentis salutoris primitiæ fuerit Iudæi, qui lucernæ altiori, quam debebant esse ultimi. Hucusq; enim exacerbatio ex parte auditi Israëli, donec plenitudo gentium ingressa fuerit, & sic totus Israël salvus erit. Sicut S. Paulus Rom. XI. 26. # Sed vocatio autem domini hoc futurum, idem noster vaticinatus est Esaiæ LIX. 20. Veniet ex Sion ille qui liberat, & avertet impietates à Jacob. † Quod & salutoris verba confirmant ad Judæos: Ecce relinquitur vobis, vestra deserta, per quam Hierosolymitanam, Dico enim vobis: Non videbitis me ex hoc, donec dicatis: BENE, DICTVS QVI VENIT IN NOMINE DOMINI. Matth. XXIII. 38. Hæc enim vox non infidelium, sed fidelium gentium laetitia & exultatio est, ut tempore adventus Christi ad Persicam, Matth. XXI. 9. & Ψ. CXVIII. 26. † Contra ea vox infidelium erit ad montes: Cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum. Apoc. VI. 16. Hæc conversio erit plane extraordinaria, unde & Apostolus eam appellat MYSTERIVM. qua voce etiam Angelus de dictus septima & ultima Tuba Apoc. X. 7. utitur, vaticinans, in illis corpora mundum esse Mysteria DEI, sicut evangelizavit servis suis Prophetis. Evangelizare verò potuit Danieli Prophetæ Angelus, de his ultimis temporibus; Cum completa fuerit dispersio vasis populi sancti, completuntur universa hæc. Dan. XII. 7. Et latius hæc de, Ezechiel cap. XXXVII. † Ita quoq; Apostolus confitetur Rom. IX. ita vocavit, non solum ex Judæis, sed & ex gentibus? Sicut & in Osee dicit: Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam. Et erit in loco ubi dictum est eis: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viventis. Esaias autem clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. Verbum enim consummans & abbrevians in æquitate, quia verbum abbreviatum faciet Dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes facti essemus. Quid ergo dicemus? Quia gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ ex fide: Israël autem sectans legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. Offenderunt enim in offendiculum lapidis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offendiculi & petram scandali, & qui credit in eum non confundetur. Fratres, voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei justitiam, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti. Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti. Moyses enim scripsit quoniam justitiam quæ ex lege qui fecerit homo vivet in ea. Quæ autem ex fide justitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis revocare. Sed quid dicit? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quia si confessus fueris in ore tuo Dominum Jesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui credit in eum non confundetur. Non enim est distinctio Judæi & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini salvus erit. Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obedierunt evangelio. Esaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Quidni? In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico: Numquid Israël non cognovit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem, in gentem insipientem in iram vestram. Esaias autem audet & dicit: Inventus sum in non quærentibus me, manifestus factus sum non interrogantibus me. Ad Israël autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Dico ergo: Numquid sic offenderunt ut cadant? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus, ad æmulandum illos. Quod si delictum illorum divitiæ mundi, & diminutio eorum divitiæ gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus: Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo æmulentur carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Si autem primitiæ sanctæ, & massa: & si radix sancta, & rami. Si autem aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum olea silvestris insitus es in illis, & socius radicis & pinguedinis olivæ factus es, noli gloriari. Non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt rami, ut ego insererer. Bene: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex oleastro naturali insitus es contra naturam in olivam bonam, quanto magis hi qui secundum naturam insitentur olivæ suæ? Non enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis prudentes, quia cæcitas ex parte in Israël fit donec plenitudo gentium intret, & sic omnis Israël salvus fiet, sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat, & avertet impietates à Jacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem horum, ita & isti nunc non credunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus & investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.

Conf. 1. Cor. XII. 3.

Conf. Esa. XXX. 19. &c.

Hinc Euil. Halberstad. t. c. 850. in Cant. Cant. 3, 4. donec inveni, eum in domum matris meæ &c. hoc Ecclesiæ, synagogæ, quæ ejus filium recusavit, & crucifixit, quidnam sit eum ejus in gratiam reducere. Hoc unde diu judicii, ut Apost. ait ad Rom. XI. (cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israël salvus fiet. Et in Cap. VI, 9. de Fide cath. una sola fuisse ab principio Ecclesia & Catholica semper creditur & docetur, ipse quoque &c. Et in fine: Concordat synagoga & ecclesia, utraque testantur unum Deum & Christum ejus ex semine David, & Abraham

§. X.

Victoria sexti.

Receptionem populi Israelitici in Ecclesiam
sequutura prædicitur victoria de bestia &
pseudopropheta eius eorum complicibus. Rom
deprædicat [illegible] apparatum bel
cum Antichristi describit Johannes primò cap. XVI
postquam nempe alter Angelus nunciaverat ex
tium Babylonis, sequutus tertius, designans Be
propterea non cessare, sed magis magisq; aug
capere & vires omnes colligere, unde grauis ador
tio de non adoranda ejus nec imaginem ejus, n
recipiendo charactere in fronte sua aut in manu
Luculentius vero, Johannes in cap. XVI. 13. sub Phialâ
Et vidi ex draconis ex ore bestiæ & ex ore
dopropheta exire spiritus tres in manibus in
ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum fac
signa, ut procederent ad reges terræ & totius
ad congregandum illos in prælium diei illius
Dei omnipotentis. Et congregavit (Deus) illos in
locum qui vocatur Hebraice Armageddon.
Hic apparatus belli h.e. persecutionis ultimæ
immanissimæ, sub Phialâ septa incepta, non
septima finienda. Ecclesiam describit p
ves † cap. XVII. 14. breviter s. Hi (decem cornua
Reges potestatem suam bestiæ tradentes) cum Ag
pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dom
dominorum est, & Rex Regum, & qui cum illo su
vocati & electi & fideles. Latius (cap. XIX. 11.
Et vidi cælum apertum & ecce equus albus: &
sedebat super eum vocabatur Fidelis & Verax
& per justitiam judicat & pugnat. —— Et ex
citus qui sunt in cælo, sequebantur eum in
albis, vestiti byssino albo & mundo. Et ex
ejus procedit gladius acutus ut eo percutiat
tes. —— Rex Regum & Dominus Dominantium
Et vidi bestiam & reges terræ & exercitus
rum congregatos ad faciendum prælium cum
ill

† Eò referenda quæ Daniel cap. XI. alt. & c. XII. ex. habet.

† cap. XIV. 18. sub specie Vindemiæ, & calcatus lacus extra civitatem, quo exivit sanguis usq; ad frenos equorum, per stadia mdc. Quò pertinet fuit rectissimum Ezech. cap. XXIII. 1 — 6. Tor, inter calcasti solus — calcasti eos in furore meo. — dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meus venit. — Et commotus populos in furore meo — & detraxi in terram (conf. & cap. alt. 15. Zach. alt. 3. Apoc. virtutem eorum. " Luculentius Joh. Apoc.

illo qui sedebat in equo & cum exercitu ejus. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, in quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus. Vivi conjecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure. Et cæteri occisi sunt gladio sedentis super equum, qui procedit ex ore ipsius: & omnes aves saturatæ sunt carnibus eorum.

Vaticinatus hac de victoria mox post conversionem Judæorum secutura Esaias cap. XXX. 25. sq. & Cap. ult. fo. 15. &c. † & Zacharias Propheta cap. ult.

† Daniel cap. VII, 11.

Atq hic Lapis est, qui abscissus de monte sine manibus percussit statuam Nabuchodonosori divinitus præsentatam, qui factus mons magnus & implevit universam terram. Suscitabit enim in diebus illis DEUS Regnum, quod in æternum non dissipabitur, nec alteri populo tradetur, comminuet autem & consumet universa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Dan. 3, 34. Et dux Michael est Rex, hujus Regni, Dan. ult.

§. XI.

Draco ligatus.

Victoria hæc gloriosa de Bestia & Pseudopropheta completur capturâ Draconis ipsius, veluti primarii hostis, ejusq in vincula conjectione per mille annos. De hoc vaticinatus fuerat jam tum Esaias cap. XXIV. 21. postquam de excidio ultimo Hierosolymorum & Reip. Judaicæ dixerat, ait: Et erit, in die illa visitabit dominus super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ, qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. Graphicè & clarè Johannes Apoc. XX. Et vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem Abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit Draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus

& Satanas, & ligavit eum per annos mille.
& misit eum in abyssum, & clausit eum, & signavit
super illum, ut non seducat amplius gentes,
donec consummentur mille anni: & post hæc
oportet illum solvi modico tempore. +

§. XII.

Hostibus omnibus jam victis atq; domitis, vincitur
& mors, quam hostem ultimam vocat, Apostolus +
& sic exhibit Ecclesiæ militanti, & ~~expugnat~~ angelitur triumphans
præsens ecclesiæ hactenus militanti, tum
vivis tum mortuis. ‡ Describit scenam rerum
harum rerum Joh. Apoc. xx. 4. Et vidi (: oravi
ligato) sedes, & sederunt super eas, & judicium
datum est illis. Quibus ergo? Animabus decolla-
torum propter testimonium Jesu & qui non adora-
verant bestiam, neq; imaginem ejus, nec acceperant
characterem ejus in frontibus suis aut in
manibus suis, & vixerunt & regnaverunt
cum Christo mille annis. Cæteri vero mor-
tuorum non revixerunt (: quoad corpus, ut
priores, Fideles) donec consummentur mille an-
ni. Hæc est resurrectio prima. (Fidelium.)
Beatus & sanctus qui habet partem in resurrec-
tione prima: in iis secunda mors (: animæ eterna)
non habet potestatem: sed erunt Sacerdotes Dei
& Christi: & regnabunt cum illo mille annis.
S. Paulus ordinem inter vivacitas tum & de-
functos ita recenset 1. Cor. XV. 23. 51. Ecce my-
sterium vobis dico: Non omnes quidem dormiemus
omnes tamen immutabimur. In puncto temporis,
in momento oculi, per extremam tubam (: cujus
exitus) & mortui resurgent incorruptibiles, &
Nos ~~in~~ (vivacitas adhuc) immutabimur. Et 1. Thess.
IV. 15. eadem inculcat: Hoc vobis dicimus in verbo
Domini, quod nos qui vivemus & reliqui erimus
in

+ Manebunt itaq; adhuc gentes, sive barbaræ
quæ cum Antichristo rem non habuerunt, ecclesiam
Fidelium tamen constituta, sive etiam gentes &
Antichristo ante adventum, postea tamen ad
dalæ, ~~cum~~ receptionem virginitas solidis, a Regno Christi ex-
clusa. Hoc contra regnum Christi exercitare in-
prohibitum Satanæ per vincula mille annorum

Resurrectio
Fidelium

+ 1. Cor. XV. 23. ubi intervallo duorum ordi-
nii & ultimum ipsius describit ordine suo, & resur-
rem eorum qui sunt Christi in Adventu ipsius adhuc
comparatum Regnum, & abolitionem hostis omnes. Quo tempore
post illum mortis ingentes, finis & transitio Regni Patri exhi-

‡ Vos de Antichristo Deus cap. XXV. 8. Præcipi-
habit mortem in sempiternum: & auferet dominus
Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium
populi sui auferet de universa terra

+ et Daniel cap. ult. v. 1. 2.

+ (: ex oraculo)

S. Paulus ad Philipp. 3,20. Nostra conversatio in cælis est, ex quo exspectamus Salvatorem Dominum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corpori claritatis suæ. Et S. Johannes Ep. 1. c. 3,2. scimus, quod si apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

in adventum Domini, reges quoque nationum non eos qui dormiunt. Dominus ipse dominus cum celeusmate, & voce Archangeli ac tuba Dei, descendet de cælo, & mortui in Christo resurgent primùm. Deinde nos qui vivimus, qui superstites erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aëre: & sic semper cum Domino erimus. Proinde idem inquit Salvator Matth. XXIV. 31. Et tunc apparebit signum Filii hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, (: ob victoriam de iis inimicorum) & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa. Et mittet Angelos suos cum tuba voce magna, & congregabunt Electos ejus à quatuor ventis, à summis cælorum usq ad terminos eorum. Relin, creatur ergo tum quoque qui inter Electos, quorum numerus 3. XIII. fuerit, non amplius frustra, quos re- præsentat Virgines fatuæ in parabola.

Regnum Christi gloriosum.

Dicitur Apoc. c. l. XX. 4. 5. quod cæteri mortui, infideles, nondum resipiscerint ante mille annos, tum quoque resipiscent Electi fideles: quod utiq non aliter nisi quoad corpus intelligi potest, quoniam quoad animam etiam infideles fiunt immortales. Itaq fideles non tantùm quoad animam tum vivebant, sunt & antea, sed etiam quoad corpus resipiscebant & resurrexerant eorum corpora cum animabus redivivis. Horum † sanctorum porrò describitur per annos mille, quod regnaturi sint cum Christo, & sessuri sint super sedes, & judicium detur illis. Quò collimat S. Paulus 1. Cor. VI. 2. An nescitis, quod sancti mundum judicabunt? An nescitis, quod Angelos (: malos) judicabimus? Apoc. V. 10. Fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes, & regnabimus super terram. Ad hæc pertinet quod Apostolus Rom. VIII. 21. ait: Et ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Summa enim quod omnis creatura congemiscit, & nobiscum pertulit usq ad hoc tempus. Cæterum judicium hoc sanctorum præparatorium, arbitror erit futuri judicii extremi, quo sententia singulis publicanda

† & superstitum fidelium im- mutatorum

Ita quod monitum, non Salvator per Testamentum cliquit: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo, & sedeatis per thronos, judicantes XII tribus Israël. c. XXII. 29. Et venient ab Oriente & Occidente & Septentrione & Austro, & accumbent in Regno Dei, v. XIII. 29.

§. XIV.

Civitas Sancta. Magog.

† S. Paulus 2. Thess. 1,7. Revelabitur dñs, miens Jesus de cælo, cum Angelis potentiæ sue; cum incendio flammæ, & inflictæ ultionem iis qui non agnoverunt Deum & qui non obediunt Evangelio D.N.J.C. Qui pœnas luent, interitum æternum, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius: quum venerit ut glorificetur inter sanctos suos, & admirandus fiat inter omnes credentes, quod testimonium nostrum fuit testimonio nostro, solemne, in die illo.

Hic status fidelium vocatur Civitas sancta, &c. Persecutionem Dei cum limitibus, castra sanctorum quæ Satanas post mille annos cum suis circumdat Apoc. XX. 9. Hanc civitatem latius describit Apocalypsis cap. XXI. sq. Quæ non est ea, quæ hodie civitas dominorum sit, cap. ult. ti. quia ibi Templum non in hac aspicitur, nullum, quia Dominus Deus omnipotens & Agnus Templum ejus, Apoc. XXI. 22. Hanc civitatem obsessuri dicuntur Satanas post mille annos solutus ex abyssi vinculis, congregatis gentibus ex quatuor angulis terræ, Gog & Magog in infiniti numeri, in prælium cum sanctis. At descendet ignis à Deo de cælo & devorabit eos. Et diabolus qui eorum, mittetur jam non amplius in abyssum, sed in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Apoc. XX.

Qui primus qui apostatavit, deficiet imperium gentis non agnoscant, nec eum in primo publicum iscomal, item barbarum ob ferocitatem & impietatem, extremâ barbarie in extremis sæculis, à Deo alieni, extremi terræ angulis sibi vicinati. De his Gog & Magog terrarum angulis sibi vicinati. De his Gog & Magog terrarum angulis sibi vicinati. De his Gog & Magog Ezech. XXXVIII. 17. Secundum illum latius describitur. Isai. XII. 3.

§. XV.

Hoc ipsum stagnum igneum paratum est diabolo & angelis ejus religiosis non-fidelibus. Nunc enim demum judicium extremum in infideles tandem ex morte resuscitatos exercebitur & sententia publica pronuntiabitur ex libris cujuslibet vitæ ab angelo suo descripta. Augustin. de Civit. D. XX. 14. Secundum opera ipsorum judicabuntur. Et quicunque non erit inventus in libro vitæ, conjicietur in stagnum ignis, ipse quo & mors & Infernus, quæ mors secunda quæ æterna. Apoc. XX. 11. 14. ✝ Ita sic liberata tandem civitas sancta ab omni periculo, triumphabit cum mutato ordine Cælo atq; Terra, triumphabit cum Deo & sanctis Angelis & civibus suis ad gaudia secula sempiterna. Quæ superest, reposita est mihi justitiæ corona, quam coronavit mihi in illo die, Justus Judex: non solum autem & omnibus qui diligunt Adventum ejus.

2 Tim. 4, 8.

† Fiet tamen salvator Luc. X. 12. Dico vobis, quod Sodomis in die illo, à vastatore, remissius erit, quàm illi civitati, quæ non recipit Evangelium sibi prædicatum. Tyro & Sidoni remissius erit in judicio, pœnæ vobis, Chorazin & Bethsaidæ. Conf. Matth. XI. 22. 24. c. XII. 41. c. XIII. 49; sic tamen ejus in consummatione sæculi: vocabit Angelis & segregabunt malos de medio justorum: & mittent eos in caminum ignis, illic erit ploratus & stridor dentium. S. Petrus 2. 3, 7. Qui nunc sunt cæli & terra, ipsius verbo thesaurizantur ignibus, reservati sunt, igni in diem judicii & perditionis impiorum. Veniet dies domini sicut fur nocturnus, quo cæli porrò cum sonitu transibunt, elementa verò ignitis sol, vastabitur, terra & quæ in ea sunt opera exurentur. Per adventum diei domini cæli ingentes solvetur, & elementa ignitis liquescent. Novos cælos novam terram juxta promissum illius expectamus, in quibus justitia habitat.

Rejectio judicium inutile. Consummatio.

CAPVT VIIII.

De Pactionum divinarum contrariis, Pactionibus Satanicis & Apostasia.

§. 1.

Apostasiæ definitio

Confœderationi DEI atq hominum contrariatur ejus dissolutio atq à fœdere divino recessio, quæ Græco nomine APOSTASIA vocatur: quæq definiri poterit secessio à fœdere & regno DEI atq Christi ad regnum & fœdus Satanæ & Antichristi. Enimverò primâ Protoplastorum apostasiâ non defecit quidem voluntas hominis ad Satanam, neq enim huic subjectus esse volebat, neq DEO, sed DEO similis aut æqualis: itaq defecit ad semetipsum homo primò; quia tamen ad instinctum & suggestionem Satanæ, eo ipso gratiâ & societate divinâ excidit, & in societatem Satanæ pervenit. Porrò quantumvis mox ad DEUM reversus & in gratiam receptus primus homo: inde tamen cœpit origo carnis h.e. humanæ naturæ pravitas originalis & perpetuò actuosa, quæ tam in singulis cernitur, quàm in universis & tota humani generis societate, quæ eatenus more Christianorum mundus vocitatur, incapax spiritus veritatis, Joh. XIV. 17. cui renunciandum, ut cum DEO reconciliemur, Rom. XII. 2. 11. Pet. 1, 4.

& origo

Atq filius primi hominis primogenitus Apostasiam renovavit, carnis suæ dictamen & suggestiones Satanæ sequutus: insigne Satanæ mancipium factus, ut inde spiritus de ipso dicat, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, 1. Joh. 3, 12. & Judæ v. 11. ἡ ὁδὸς τοῦ Καΐν appellatur hæc Apostasia.

§. II.

Illa per Caini posteros & propagata & aucta, adeò ut & filios DEI in hanc societatem pertraxerint: ut tandem summus Creator O. M. permotus fuerit, totum genus humanum ob universalem apostasiam cataclysmo universali abolere, præter Noam & ejus familiam. Orbe postea novo renato, tamen Satanas universalem iterum apostasiam introduxit, excepto ABRAHAMO ejusq semine, cum quo renovatum auctumq fœdus DEI fuit, de quo superius dictum. Gradus porrò suos Apostasia videtur habuisse, ut primò homo ad semetipsum defecerit à DEO, fiduciâ ~~quadam~~ cujusdam αὐτεξουσίας, quam persuaserat Satanas. Postea ex ista φιλαυτίᾳ porrò persuasum, defunctos Parentes, Heroas, Sanctos, eorumq Manes esse colendos, invocandos, erectis ob id statuis & imaginibus. Qua verò occasione Dæmones, h. e. Satanam ejusq angelos ipsos colere cœperunt. Ex his perspicuum est, Apostasiæ duplex esse genus, aliam esse crassam & externam, quæ propriè IDOLOLATRIA appellatur: aliam subtilem, internam & invisibilem, quâ homo ab interna societate cum DEO deficit ad semetipsum. Id quod porrò & desperatione fit, quâ Saul, Judas aliiq defecerunt à DEO, sed eo ipso regno Satanæ mancipati: & philautiâ, atq hypocrisi, cujus quanta vis sit in ipsa Ecclesia Christiana, omnium maximè exposuit olim celeberrimus Cancellarius Florentinus, Poggius in dialogo de Hypocrisi, & Leonard. Arretinus in Orat. de eâdem: ubi etiam de hypocritarum specie, qui martyres diaboli vulgo dicti.

divisio

§. III.

§. III.

Cum igitur Apostasia sit transitus à regno Christi ad regnum Satanæ: de hoc porrò videndum est, an & quotuplex illud sit. Atq quod Lucifer in statu suo primævo in throno aliquo regio sederit, atq angelos minorum graduum sibi subjectos habuerit, dubitare nos quidem haud sinit SS. revelatio Scripturarum divinarum, quippe quæ aperit, in mundo Angelico post DEUM Creatorem Opt. Max. existere θρόνους, qui Regiæ sedes aliàs dicuntur, quibus porrò subordinatæ κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, à DEO conditæ, teste S. Paulo ad Coloss. 1, 16. Thronus enim sedem regiam denotare constat, seu jus regni: sicut de regnis humanis etiam vox Coronæ ita usurpari solet. S. Methodius, Patarensis Episcopus,† in Fragmento de Resurrectione contra Originem pag. 293. discrimen facit hoc inter Angelos atq Thronos: Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν· ὅτι μὴ τάγμα ἓν, καὶ μία σύστασις καὶ φυλὴ καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων· ἀλλὰ καὶ γένη καὶ φυλαὶ καὶ διαφοραί· καὶ οὔτε τὰ χερουβίμ τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται· οὔτ' αὖ πάλιν εἰς ἑτέραν οἱ ἄγγελοι. εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ, καὶ ὅ εἰσι καὶ ὃ γεγόνασιν. i. Aliud est Angelorum genus & aliud Principatuum & Potestatum. quia non unus ordo, unusve cœtus ac tribus familiaq est Immortalium. sed & genera, & tribus & differentiæ. Ac neq Cherubim, qui propriâ existunt naturâ, in angelorum speciem commutantur: neq vicissim angeli

Regnum Satanæ an detur?

Angelorum gradus & natura

V. Aug. Steuch. L. 8. c. 9. de perenni philosophia.

† circa A. C. 290.

in aliam. Quippe esse illa oportet, quod [illegible]
& cujusmodi producta sunt. Et nos: ἐσχατ[ον]
μεσὸν τῶν ἀγγέλων. Θρόνοι δὲ ἐξουσιῶν. Φῶτ[α]
δὲ λειτουργῶν, ἢ οἱ δεύτερον τόπον ἢ τὰ
ἀκέραιτα ἢ ἀκραιφνῆ φῶτα τῶν Σεραφ[ιμ]
ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ βύθῳ δ[ι]ακατ[ά]
τε τὸ πᾶν. ὁ δὲ κόσμος ἀνδρόπων. i. Cae[lum]
quidem angelorum. throni autem potestatum
luminia verò ministrorum, & divinior lo[cus]
& purior ac sincerior lumina, Seraphi[m]
rum, qui magno illi Consilio assistentes, Va[rie]
rersum gubernant: mundus verò hominum
Et pag. 307. ὁ οὐρανὸς ἐστὶ πνεῦμα περὶ τὴ[ν]
ὕλην ὑφορεσσον ὑπὸ τῆ θεῆ, καθάπερ ἡ
Αθηναγόρα ἐλέχθη. κόσμος δὲ ἢ οἱ λοιπ[οὶ]
γεγόνασιν ὑπ' αὐτῆ ἄγγελοι. ἢ τῶν ἐπ[ὶ]
ὕλην ἢ τοὺς τῆς ὕλης εἴδεσι, περιεχόμε[νοι]
διάκοσμον. τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύν[ταξις]
τῆ θεῆ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοὺς τ[ῶν]
ὅλων διακοσμητορεύοντας. i. Diabolus est [ille]
ipse circa materiam factus à Deo, prout [ab]
Athenagora dictum. quemadmodum & reli[qui]
angeli ab eodem facti sunt. & cui [illegible]
super materiam & materiâ formas comm[ixtas]
est administratio. Hæc enim ratio cons[tituta]
ab angelorum, ut Deo essent à cura & pr[ovi]
videntia circa ea, quæ ab ipso creata.
Verum enim verò Throni non accipit facer[e]
pro sede Potestatum, sed pro specie diversi ord[inis]
ut opinio patet: Et quæ deinde ὕλην & materia[m]
ac diversis angelorum & superiorum spiritu[um]
naturis & essentiis, sed ex Platonici dogmat[e]

Fuit de vicaria etiam malorum angelorum
administratione liuit,

videntur derivata, nec in Ecclesia recepta, cujus constans est sententia, naturam communem Angelorum esse essentiam, immaterialem & immortalem, diversam verò esse naturam bonorum & malorum, sed & utriusque generis diversos gradus atque certam subordinationem.

§. IV.

Lapsus angelor.

Sanè Lucifer seu potius Beelzebub per rebellionem cum suis subjectis angelis de statu primævo fuit prolapsus, & naturam concreatam mutavit in contrarium. Id quod factum fuisse post lapsum primorum hominum tradit Lactantius lib. 2. div. instit. c. 14. pag. 136. Sed citra S. Scripturæ fundamentum, & contra fidem historicam, quum primi homines à Satana seducti fuerint. Cæterum retinuit tamen Satanas thronum ac jus regium in suos angelos æquè rebelles. Ipsa enim Veritas, Jesus Christus attribuit ei τὴν βασιλείαν, regnum aliquod, & tale, quod adversus seipsum divisum aut confusum non sit, adeoque adhuc in se stabile sit, nisi fortior eo extrinsecus superveniens eum vicerit, Luc. XI. 18. quod & mox contigit, quum salvator expoliatus τὰς ἀρχὰς & τὰς ἐξουσίας palam triumphans ostentavit, Col. 2, 16. in cœlis, unde dejectus Satanas cum suis, Luc. X. 18. Apoc. XII. 8. sed in terram, unde væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad eos habens iram magnam, d. c. XII. 12. 13. sq. unde etiamnunc οἱ κοσμοκράτορες sunt atque ἀρχαὶ & ἐξουσίαι in regno Satanæ, Eph. VI. 12. Chrysostomus Homil. IV. ait: ἐμοὶ δοκεῖ, γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν ὑπερνὸν, μὴ καταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς καὶ μετὰ τὴν πρᾶξιν. i. Mihi videtur, quum fuerit

præfectus sub cælo, non excidisse à princi-
patu etiam post transgressionem. *

§. V.

Atq ex his porrò liquet, duplex Satanæ esse
regnum, unum originarium in angelos suos,
& quæsitum alterum, in genus humanum
tum per lapsum & apostasiam primorum homi-
num, tum per subsequentes varias & tam
universales quàm singulares apostasias ho-
minum, quod posterius temerè offerebat Salva-
tori Satanas, Matth. IV. 8. ORIGINARIUM
regnum voco h. e. proprium Satanæ quà tali,
& post ejus apostasiam: non respectu originis Lu-
ciferi, aut domicilii sui originarii: nam
hoc non servavit, τὴν ἀρχὴν appellat S. Ju-
das, & originem illam cælestem primævam,
sed reliquit τὸ ἴδιον οἰκητήριον, suum do-
micilium concreatum. Dicitur verò Origi-
narium regnum, quod illud ab origine suæ
rebellionis & apostasiæ in suos complices re-
tinuerit. Idquod ipsum τὸ ἴδιον etiam
catenus appellari possit, quo scilicet sensu
mendacium inter τὰ ἴδια Satanæ Salva-
tor refert Joh. VIII. 44. h. e. quod ipse sibi
comparavit, cujus ipse auctor est & acqui-
sitor, ex suo crimine læsæ divinæ ma-
jestatis, quod nihil aliud est, quàm impe-
rium in angelos suos complices & correos criminis
~~criminis~~. De dæmonum malorum numero Cæsar. Heisterbac.
L. V. c. VIII.

§. VI.

Opposuit sese huic veritati à DEO ipso reve-
latæ gentilium & hæreticorum quorundam super-
stitio

Regnum originar. & quæsitum

R. dub. de apostasia Satanæ.

* Atq non modò externam potentiam habet Sa-
nas in mundo, sed etiam internam, ita ut ho-
num non tantùm corpora, sed & animas ip-
occupare & obsidere possit; quod vice versa
non Angelis bonis, sed ipsi DEO, Spiritui S. com-
petit. Sicuti etiam
eo discrimen est; Homo regenitus in
templo cordis sui conversatur cum Spi-
ritu S. & DEO ipso, non cum Angelis
bonis; apostata cum malis potest. Quia An-
geli boni illud non affectant, sed cedunt
DEO; Satanas non item.

sitio, & dogma, quasi ab æterno fuissent duo principia summa, unum Bonum, alterum Malum. Quod defendit Porphyrius Philosophus lib. de occasionibus II. c. 12. pag. 40. Vide Augustin. de Civ. Dei lib. X. c. XI. item Manichæorum secta, V. Augustin. de Agone Christiano. T. III. Verùm falsum hoc esse, non tantum S. Scriptura nobis revelavit, sed & ratio ipsa dictitat, non posse non omni, una earum unicum duntaxat esse principi, unum, non duos, idq; non malum, sed imò bonum, quum & ens omne, quà tale & ratione originis sua sit bonum, à malo porrò principio bonum derivari, impossibile est. Certè ita se res habet in rebus moralibus, æquè ac in mathematicis dicebam, sicut & Aristoteles ex his illas elucidare maximè solet. Jam verò numerorum infinita ferè multitudo non à binario oritur, sed ex unitate, tanquam vero atq; unico numerorum principio. Ita, inquis, Reipubl. tamen conspicimus duo summa capita, velut in Imperio Romano Lodovico Papa atq; Cæsar: quod & in aliis Rebusp. observare licet. Rogero: Hoc non esse ex natura Reip. independentis, quippe quæ non habet nisi unum caput regulariter, sive illud in diversis individuis radicetur, sive in unico. Hæc porrò regula hanc admittit exceptionem, nisi vel communi consensu populi, cadúq; orta lege fundamentali, vel præscriptione, aut etiam usurpatione, summa potestas inter duos diversos subjecta aut ordines fuerit divisa. Id quod verò præsentem ad rem nullo modo, ut haud potest.

§. VII.

Philosophor. dogma de Dæmonib.

Quod Gentium Philosophi agnoverint dæmones aut genios exsistere, certum est: an ex principiis naturæ, vel potius patrum traditione, quæsitum. Prius negat Ger. Jo. Vossius de Nat. Poët. pag. 72. nec credo necesse fuit, quum primis mortalibus non infrequenter dæmones apparere soliti. + Certè Platonici, Peripatetici, & Stoici Angelos agnoverunt h. e. substantias quasdam intellectuales, licet diversis nominibus appellatas. Atq Plato duplex genus posuit, alios inferiores, quos dæmones appellavit, alios superiores, quos deos, Apul. de deo Socrat. Quidam verò Genios; plerique Intelligentias in universum eos appellarunt. Platonici inter nos & summum DEUM quatuor posuerunt ordines scilicet deorum secundorum Intellectuum separatorum, animarum cœlestium & dæmonum bonorum malorumq; tametsi postremum hunc ordinem non separarunt à materia. In singulis autem ordinibus, præterquam tertio juxta numerum cœlestium corporum, numerum posuerunt indeterminatum, ut habet Thom. de Aquino Opusc. XV. de Angelis c. 1. Peripatetici universum numerum Intelligentiarum contraxerunt ad numerum orbium sive potius motuum cœlestium, singulis motibus singulas intelligentias tribuentes, Aristot. Metaphys. XII. Certè differentiam malorum & bonorum non tantum agnoverunt, sed etiam occasionem quâ differentia ista orta fuerit. 7 Marsilius Ficinus Comm. in Conviv. Platonis Orat. VI. c. 3. ait: Esse verò alios quosdam malos dæmones Platonici nonnulli voluerunt. atq Mercurium Trismegistum putasse, quamvis interdum in delubra & sacrificia tuas dæmones salutares advocarentur, sæpe tamen descendere noxios. Atq pergit: Plato a

+ Cicero L. 2. de Nat. deor. pr. ait: Præsentiam ~~suam~~ sæpe divi suam declarant. &c.

7 Apulej. de doctr. Plat. pag. 8.

ipsis Aegyptiorum mysteriis acceperat, Jovem impuriores dæmones ad inferos deturbasse, qui & homines similiter pro viribus ad ima detorqueant: & à Pherecyde Syro, multos ab Jove dæmones rebellasse, quorum exercitus Ophioneus duxerit serpentinus. Ab his ergo maleficis cavendum esse diligentissimè judicabat. Ecce! hic disertè Philosophi agnoverunt historiam de dracone & serpente vetere, de rebellione & domicilii originarii amissione dæmonum apostatarum, deq; seductione singulorum & regni dæmoniaci ampliatione. Idem Ficinus in Argumento Apologiæ Socratis ait: Si quæras quam ob causam dæmonas solita illa quondam miracula nostris seculis non efficiant? respondebitur: CHRISTVM & dæmones malos suo illo imperio privavisse, & hominibus tum omnem dæmonum cultum, tum artem dæmoniacam sustulisse. + Hæc de natura angelorum malorum. Nam quod Paracelsus tertium genus Spirituum tradidit, qui neq; boni neq; mali essent, ad nos parum pertinet, & videndus ea de re est H. Conring. de Hermet. Medicin. pag. 220. 225.

+ Conf. Grot. de V. R. Christ. Lib. IV. ~~& ibi annot. p. 80.~~ Meimon. P. 2. Moron. c. XI.

§. VIII.

Regnum Originar. Cum itaq; duplex regnum Satanæ sit, originarium, quod dixi, & acquisitum: illud quidem ex rebellione, apostasia & ambitione ortum. Id quod & veteres sapientes ex traditione agnoverunt, & ~~Patres~~ dd. Ecclesiæ confirmarunt. Salvator ipse hoc revelavit, quod ab initio in veritate non steterit diabolus, & pater sit mendacii, per quod fuerit ἀνθρωποκτόνος, feceritq; ut homo obsequens mendacio morte morreretur, Joh. IIX. 44. & S. Judas ait: Angelos hos non servasse τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, sed reliquisse, deservisse τὸ ἴδιον οἰκη-

τήριον, suam à DEO Creatore O. M. assignatam sedem, & superiorem affectasse. Hugo Monachus Floriacensis lib. 1. de regia potestate & Sacerdotali dignitate ad Henric. 1. Anglorum Reg. cap. VII. ait: Post DEUM Patrem diabolus dici voluit DEUS, & ad dextram DEI Patris sedere temerè concupivit, cum hoc illi non contingeret, sed esset filii DEI, qui post patrem DEUM secundus est, non naturâ, sed ordine; venit ergo dominus JESUS CHRISTUS in mundum, sicut decebat, & manifestavit se, non omnibus hominibus, sed tantum suis sequacibus, ut reprobatâ personâ diaboli, hunc esse cognoscerent, cujus principatum & potestatem ipse Satanas sibi temeritate propriâ praesumsisset. Methodius lib. de rebus quae ab initio mundi contigerunt cap. 1. inquit: Cum Lucifer inter omnes angelos esset excelsior à DEO creatus, ac speciosissimus — etiam inter stantes angelos non fuit eo dignior. Eminentiam suae naturae & profunditatem suae scientiae perpendens, in suum creatorem superbivit in tantum, quod DEO voluit se aequare, ut patet ex secundo sententiarum dist. 6. — Mox ergo ut creati fuerunt angeli, quidam DEO adhaeserunt per charitatem, quidam verò cum Lucifero, DEO restiterunt per superbiae pravitatem: & sic inter utrosq, h. e. inter rationales DEI creaturas & substantias primum bellum factum est in coelo. Porrò ~~[illegible]~~ hoc regnum originarium suam sedem sortitum fuit intra fines Tartari, uti S. Petrus 2. Ep. 2, 4. innuit: Ταρταρώσας εος DEUS, in Tartarum detrusit συραῖς ζόφου, catenis tenebrarum. S. Paulus Ephesiis cap. IV, 9. Tartarum explicat per τὰ

κατ,

καλύπτεται μέρη τῆς γῆς, inferiores terræ partes.
Sedes verò regni acquisiti & mundani ipse est
orbis terræ aër, quod idem Apostolus c.2,2.
refert, vocans τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος
principem, cujus est potestas aëris. & c.VI.12. τοὺς
κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, priùs;
per mundi nativos & tenebriosi seculi hujus.
c.2,2. τὸ πνεῦμα τὸ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς
υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, spiritus qui nunc agit, gu-
bernat, inter filios & in filiis incredulitatis &
à vera fide apostatis. Unde per se patet,
ita Satanam cum suis ab initio quidem statim,
ad Tartarum fuisse missum, ut tamen liberum
haberet exitum in cœlum & in terram.
Nam apparet ex historia Jobi, quod tum ha-
buerit jus comparendi in cœlo coram Deo
inter Angelos bonos. At tempore Novi
Fœderis projectus fuit accusator & calumnia-
tor fratrum nostrorum à cœlo in terram,
qui accusabat illos ante conspectum Dei
nostri die ac nocte, Apoc. XII.10. Luc. X.18.

(*) Ex cap. V.10. S. Marci patet, certos cacodæmones
etiam certa loca tenere.

§. IX.

Regni acquisiti

Deo Satana regnum suum Tartarum ipse re-
linquamus: de acquisito videamus, quod si
cavemus, ab ipso facilè tuti erimus. De hoc

considerando

igitur considerandæ occurrunt tria imprimis,
Acquisitio: Incrementa & decrementa usque
ad Interitum. Acquisitionis modus dolosus
fuit & fraudulentus, sollicitatis primis hominibus
ad apostasiam per fraudem & mendacium.
Ejusdem effectus, ex parte Dei concedentis jus
ac potestatem in homines à Deo deficientes;
& simul in terram & mare & aërem, male-
dictione divina ob hominis apostasiam affecta.
Beda auctor epistolæ, quæ S. Hieronymo tributa, de
viro perfecto, T.IV. pag.41. ait, Satanam quadrua ejus

* passivam (affectus) hominis, victo sibi
mari, subjugasse, Regnáq; illius ipso Re,
jam capto, sub pedibus suis & ditione
posse: esq omnia quæ in mundo sunt,
sunt suis pœnalibus & victoriæ suæ ma-
teriis ut[illegible]

*

Incrementa alia sunt ante diluvium universale, alia post illud. Media incrementi, in universum omnia vitia tum in singulis hominibus, tum in Rebuspubl. & communitatibus. Imprimis Idololatria: atheismus persecutio, Apoc. XII. 13. Miracula gentilium.

Decrementa alia in V.T. alia in N.T. & diversis eorum gradus. quorum primus fuit Promissio dicta de Mediatore & Redemtore in Paradiso. Alter segregatio Patriarcharum & erectio Theocratiae sive Reip. Hebraeorum à caeteris populis & gentibus diversae. Tertius, Nativitas Salvatoris & publicatio Amnestiae per Angelos. Quartus Resurrectio & Ecclesiae N.T. erectio, atque ejectio Satanae & praeclusio è coelesti coetu, Apoc. XII. 10. Quò etiam pertinet ἡ πανοπλία τοῦ θεοῦ & duella privata Christianorum cum diabolo, Ephes. 6, 10. sqq. Ubi tamen intervenit iterum restauratio quaedam regni Satanae, Apoc. XII. 17. per Antichristum, ejus dogmata & miracula, de Lib. E. G. 2: 1, 6. III: XI. 25 & de Fat. Eccl. pag. 57. Quintus, Adventus Christi secundus, Apoc. XIV. & XIX. 19. Sextus & ultimus, Adventus Christi ultimus, Apoc. XX. 9. 10.

§. X.

Acquisitionis modus per Mendacium. M.T.

De singulis speciatim. Atque de modo acquirendi s. regni s. tyrannidis potius in genus humanum, testis omni exceptione major atque O. M. est Salvator ipse ut antea §. VIII. fuit relatum ex Joh. VIII. 44. quod sit ἀνθρωποκτόνος & hoc quidem per modum mendacii. Rem ipsam enarrat Moses Gen. III. ubi Satanas sub specie serpentis mulierem interrogavit: Anne praecepit vobis deus, ut non comederitis ex omni paradisi? quod eatenus affirmans Eva respondit: De fructu lignorum sive arborum fructiferarum quaecunque in paradiso, vescimur licitè. De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, tantùm praecepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremur illud: ne forte moriamur

Sed

Sed mendacii pater eò audacia & protervitatis
processit, ut Creatorem nostrum O.M. mendacii argue-
ret, atq replicaret Eue: Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus, quod in quocunq die come-
deritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis
sicut dii, scientes bonum & malum. Eos
tandem persuasit Eue, quod bonum esset lignum scu
ejus fructus, ad vescendum, & pulchrum oculis, &
desiderabile ad saciandum sapientes, & tanqm
tulit de fructu illius & comedit, deditq viro suo
qui comedit. Quâ legis diuinæ transgressione
atq contemtu, crimen læsæ Majestatis diuinæ
primi hominis commisere, & à fide Creatori O.M.
debita defuere, immortalitatem concreatam cum
immortalitate commutarunt, & à deo domino suo
defecerunt, servi Satanæ facti. Methodius
lib. de rebus quæ ab initio contigerunt &c. hæc ita
describit: Videns diabolus se expulsum è cælo,
in magna tamen potestate relictum, (ex chry-
sostomi etiam sententia, supra §. IV. fi.) cogitauit
quomodo posset displicere deo, & in omnibus
sibi contrariari, & quia vidit, primum hominem
cum sua uxore in terrestri paradiso collocatum,
sibiet in loco voluptatis, innocentiâ decoratum,
ac omnium bestiarum, volatilium, & piscium
dominium, necnon possessionem in cælo sedes,
quas ipse cum sibi adhærentibus per superbiam
amiserat, doluit vehementer: & invidens
ejus felicitati, proposuit ipsum debellare & tota-
liter interficere, cognoscens quod ex putrida
radice non possunt nisi poma venenosa
generari. Movit primum bellum super terram
cum primo homine per medium mulieris; & licet
miser homo esset fortior dæmone per innocentiam,

projectis tamen armis innocentiæ suæ, ut mulieri complaceret, relicto DEO, & tradito Paradisi castro sibi commisso, inimico DEI, utp. diabolo, negatâ obedientiâ Regi supremo, videl. DEO, liberè se tradidit, proditor factus, in manibus diaboli. Verum enim verò & traditores & Satanas ab hoc castro statim ejecti, & ab ulteriori ingressu per Cherubinos prohibiti: atq ita Satanas novum in humanum genus regnum acquisivit, quod & per Cainum, & ejus posteros deinde ampliavit. At verò mox secuta est reconciliatio inter DEUM Creatorem O.M. & homines, atq hominibus pœna mortalitatis imposita, sed promissio salutis per Mediatorem, semen mulieris, iisdem facta, Gen. 3, 15. Rec. IV. 1. Vid. supra cap. III. §. 4. Quo ipso etsi tyrannidi Satanicæ in genus humanum derogatum fuit, contigit tamen ex parte mortalium, ut novo tyranno magis adhærerent, quàm verò Regi ac Domino. Unde tradidit eos DEUS in reprobam mentem, ut facerent quæ non conveniunt, repleti omni injustitiâ, Rom. 1, 28. Sed & ipsa terra à DEO Creatore maledicta fuit, Gen. 3, 17. ut tandem per diluvium genus apostaticum disperderetur unà cum terra, Gen. VI. 13. VIII. 21.

Effectus

§. XI.

Incrementa ante diluvium diabolocratiæ Gigantes imprimis dedere, de quibus Moses Gen. VI. 4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis; postquam enim ingressi sunt filii DEI ad filias hominum, illæq genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Exinde universalis Apostasia à vero cultu divino extitit. Idem Methodius de his ita: Septuagesimo anno temporis Jareth apposuit malignus & infestus diabolus bellum fornicationis adjungere filiis Seth, ut concupiscerent filias Cain, & perfusi apparuerunt Gigantes super

terram

69a

1267 [illegible]		1336 [illegible] 6x
1268 Tell 1x	1269 [illegible] 6x	1338 [illegible] 30x
1270 [illegible]	[illegible] 30x	1339 [illegible] 30x
1271 Tell 1x		1343 [illegible] 30x
1273 Tell [illegible]	54x [illegible]	1344 [illegible] 36x [illegible]
[illegible]		1345 [illegible] 18x 1346. 6x [illegible]



terram de Seth, qui peccati in foveam lapsi atrocissimi facti sunt. Est quidem nonnemo, Th. Ryckius nomine, qui peculiari oratione de Gigantibus pernegat unquam eos extitisse: at contra H. Conring. de antiquiss. statu Helmstad. & eos extitisse, & in Germania quoque, ubi adhuc hodie extent Gigantea illa opera diluvio ipso antiquiora. Conf. Ph. Cluv. L. 1. Antiq. Sic. p. 13. J. Lips. L. 3. Physiol. Stoic. c. V.

§. XII.

Majorem potentiam ante diluvium tribuunt Satanae, qui asserunt, filios illos DES, fuisse daemones, & liberis operam dedisse qui Gigantes evaserint. Inter hos daemonas imprimis recensent Azam & Azaëlem, itemque Machasaëlem, qui ex uxore Chami genuerit Sihon: alios ex Vaama sorore Thubalcain genuisse daemones, quos Schedim appellant. ita Rabbini in Pirke Elieser, in Medraschoth R. Hanina &c Nec abludit planè Josephus. Inter Graecos, Athenagoras Philosophus Christianus in Apologia, pag. 31. S. Methodius Patarensis Episc. in Fragm. apud Photium, libro de Resurrect. pag. 307. edit. Combef. Africanus, Eusebius, Zosimus, Cedrenus. Inter Latinos Lactantius 2. Instit. div. 14. Serv. Sulpitius. S. Ambrosius. Inter Germanos Joc. de Königshoven Chron. Germ. c. 1. Conf. Caramuel in Grammat. pag. 5. H. Conring. de Hermet. Medic. pag. 18. 25. Atque extat Liber Apocryphus graece scriptus nomine Enochi Patriarchae περὶ τῶν Ἐγρηγόρων, sive de Cuslodibus i. Angelis, ex Dan. IV. 10. ita dictis, ubi plurima eorum nomina & res gestae narrantur. Eum librum ex Hebraico esse conversum & vetustissimum, ex quo & Tertullianum quaedam adduxisse, atque à Judaeis fictum: & quod caput est, locum, qui in Epistola Judae ex hoc libro productus, mani-

Enochi liber

festò ex hoc fragmento excerptum esse, asserit
Jos. Scaliger notis in Eusebii Graeca Παντοδαπη
pag. 245. atq in eam sententiam allegat Ge
Cedrenum, qui & alia loca S. Pauli ex libr
Apocryphis & fictis recitata laudat. De qu
apocryphis Augustinus Lib. XV. de C. D. c. XX
ait: In his apocryphis etsi invenitur aliq
veritas, tamen propter multa falsa, nulla
canonica auctoritas. Conf. Hierony. in Eph
V: 4. itemq è contrario Suidam in praeparat
Mihi certè vix verisimile, imò vero
analogiae Fidei adversum videtur asserere
viros θεοπνεύστους, imò spiritum S. ipsum Ve
tatem Evangelicam aut asserere, aut illa
strare ex fictis hominum haeterodoxorum
apostatarum scriptis atq fabulis. S. Pau
quidem ad Titum allegat Poëtam Cretensem
sed non de fabula quadam, sed de morum Cre
tensium omnimoda veritate. Itaq conve
nientius putarim, librum istum Pseudoen
fictum fuisse non à Judaeo, nisi Christianum
fidem amplexo, vel à Graeculo Christiano,
reptâ occasione ex illa ipsa allegatione Vati
cinii Enochi apud S. Judam, qui verba ipsa
quaestis Enochi allegat, ut ipse Enoch scriptum aliquod relig
oporteat, aut, mox ab aliquo Patriarcharum
scripto consignatum fuerit Enochi Vaticinium &
usq ad N. T. tempora propagatum
At verò fictor iste aut interpolavit illud
jamtum deperditum ausus fuit conjecturâ quadam
divinatoria è mortuis quasi resuscita
insertâ ad rei fidem conciliandam pericop
illa ex S. Judae epistola. Atq injuria fuit
iis Apostolo facta, qui ob hoc testimonium Enoch
epistolam hanc rejecerunt, teste Hieron. de Script.
c. IV. Denique H. Grotii conjectura, qui recentiori
cuidam Judae, Hierosol. Episcopo imperante Hadriano
vindicat, auctoritate Epiphanii refellitur, Haeres. XX
c. 2. Guil. Cave Histor. Script. Ecl. Sec. 1.

§. XIII

Alexander M. Jovem Hammonem patrem agnovit.

Pomponius etiam

Livius Gallorum Senonum & Romanorum Fœmineas ab Satyri cohitu ortas memoriæ prodidit. Augustinus de C. D. xv. 23. Quosdam dæmones, quos Incubos Galli nuncupant, hanc assiduè immundissimam & tentare & efficere plures fœtus asseverant.

§. XIII.

Hæc opinio non tantum ab aliis gentibus hanc extendendo requisivit potestatem per sobolis generationem, ante diluvium, tribuit; sed fuit etiam qui eandem & post diluvium, & post adventum quoq; Salvatoris in T. V. accensuerunt. Scholiasta vetus Homeri ad Iliad. α. v. 4. ἡμίθεων. τῶν ἡμιθέων ἀνδρῶν. Ἡμίθεοι δὲ φασὶ λέγονται, ἀπὸ τῆς ἐρρωσθαι τὴν φύσιν μίξεως τῶν θεῶν. ὅτε γὰρ θεὸν, ἀνθρώπῳ συνεζεύχθη σπόρον τὸ τῶν ἡμιθέων γένος. Inde mos Heroum originem ad Deos deasse, h. e. ad Dæmones incubos vel succubos referendi. + Ad quam classem etiam pertinet fabula Francica de MELUSINA regina, monstrosa, fœmina marina ex qua multæ & magnæ familiæ illustres in tota Europa ortundæ sint. Extat ipsa narratio sive Romana, Gallicè & Germanicè, de qua alibi latius, interim vide Iac. Spenerum Op. Herald. P. I. I. 2. §. 12.

Melusina

§. XIV.

Sed hæc quum communiter pro fabulosis habeantur, Isaacus Hadrianus Anagogico hoc explicuit modo. Author Isaacus Hadrianus libelli, cujus inscriptio ἀνδρὸς τῶν χαρίτων, quem Mart. Crusio è Veneta Urbe an. 1564. domo misit Engelbertus Mikander, ubi ex Vitis Patrum refert, diabolum cogitasse quondam die de uxore ducenda & filiabus procreandis, quas maritaret: ut elatos & nobiles homines ita secum ad Inferos detraheret. Duxit ergo Superbiam ac filias septem genuit. Prima Superbia, fuit erat, quam maritavit nobilibus & magnis hominibus. Secunda, Avaritia & Cupidas, quam Vulgo maritum dedit. Tertia, Falsitas & Fraus, quam Agricolis conjunxit. Quarta Invidia &

Isaacus Hadrianus mystice.

æmulatio, eam opificibus uxorem dedit. Quinta Hypocrisis erat, & cum Ecclesiasticis eam vivere voluit. Sexta Elatio & superbia, hanc ad fœmineum sexum amandavit. Septima Scortatio erat, eam nemini uni collocare voluit, sed domi suæ secum vivere & esse meretricem, ut quicunq hominum eam appeteret, eam ibi inveniret. Crus. Turcogræc. L. 3. p. 222.

§. XV.

Sed his missis, ad specialiora progrediendum. Diximus modum acquirendi & occupandi Satanæ fuisse Mendacium, effato Salvatoris Joh. 8. h. e. Cavillationes Verbi & promissionum vel præceptorum divinorum, quod in protoplastis primum ferale specimen satis ostendit; atq secuta fuerunt deinceps innumerabilia, eoq promtius, quoniam Caro & natura humana jamtum corrupta principiis pravis & perversis innititur, quæ Satanas suis suggestionibus & persuasionibus perpetuis & stabilire nititur & in opus deducere: idq non tantum in hominibus singulis, sed & quàm maximè in Ecclesiis particularibus, imò & in universali, proh dolor! Accessit & altera cavillationis species, quâ Miracula divina & Vaticinia, præstigiis suis æmulatoriis adæquare atq elevare annisus fuit. Hinc duplex visio, una de Cavillationibus Satanæ, altera de judiciis humanæ naturæ corruptæ, contrariis DEO ejusq viis.

Modi acqv.

Cavillatio

Miracula & vaticin.

§. XVI.

Inter ~~Atq~~ cavillationum prioris speciei exempla insigniora ~~sunt~~, præter istud in Paradiso perpetratum, est, quod Davidi sanctissimo viro suggessit, ut numeraret populum Israël, 1. Paral. XXI. Consurrexit Satan

Exempla

1. Par. XXI.

iſtisque *ſeptemviris Epulonum* ſub interminatione *pœnarum*, *quas delictis gravissimis irrogari moris est*, (verba ſunt Edictorum Academicorum, quibus deinceps certas ob cauſſas ſubinde utemur) imperatum, *aut evestigio resipiscerent, aut ad ſui ſimiles, illamq; officinam, è qua ſcitus ille Pennaliſmus prodierat, ſe reciperent*: addito, *ſuperbiam, faſtum, ruſticitatem & mores incompoſitos Novitiorum Studioſorum*, (quæ illi hoc pacto corrigenda eſſe clamitabant) *non ab his aſotis & acolaſticis, qui ipſi ſcaterent ulceribus, ſed à Magiſtratu & Præceptoribus, quibus ferocioris adoleſcentiæ emendandæ cura incumbat, corrigi debere.* Cumque ſub initium anni ſubſequentis nonnulli, ſpreta Magiſtratus auctoritate, Pennaliſticas actiones exſeruiſſent, ac partim & tueri, conſpiratione inter ſe inita, auſi eſſent; haud pauci à corpore Academico ad aliquot annos penitus abſciſſi ſunt; ut his *pœnarum exemplis intemperies* illa *ſumma, rabies belluina, impietas extrema, & ſentina ac cloaca omnium flagitiorum*, (his enim elogiis Pennaliſmus jam tum ornabatur) *in prima quaſi herba ſuffocaretur.* Neque ſine fructu res fuit. *Viſa* enim *eſt mali hujus ferocia & violentia nonnihil* ex eo tempore *deferbuiſſe*; adeo ut Anno hujus ſæculi XIIX, (cujus initio primum illud, quod memoravimus, Interdictum iteratum fuerat) finiente, *non jam*, ut antea, *Novellos Scholaſticos ad tragoedias epulasq; Pennaliſticas minis adigi cogive*, ſed *ſponte hoc onus ſuſcipere; nec pugnis dedolari pedibusq; proculcari, ſed jocis lepidis, & ſalibus humaniſſimis amicè de morum emendatione, & exuendo faſtu Pennaliſtico moneri* ferretur. Sed quoniam ſic quoque *rem ipſam, quæ dudum in Pennaliſmo fuerat, manere, ac tantum melle quodam venenum hoc illini, lupo ovillam, aſino leoninam pellem, & meretriculæ olidiſſimæ honeſtæ matronæ habitum indui*, Patres Academici deprehendetent, denuò juventutem ſcholaſticam admonuere, *hoc ut virus & venenum odiſſe tandem & obedientia ſua deprimere inciperent*; addito præclaro, & quod eventus veriſſimum eſſe docuit, epiphonemate: *Nunquam ſoſpites & ſalvas fore Scholas, niſi lues hæc peſtilentialis ſublata fuerit.* Simul ijs, qui Academicæ jurisdictioni ſuberant, denuntiarunt, *ſe omnes Pennaliſmi architectos certo malam in rem relegatione publica abacturos; neq; morari eorum abitum, qui hoc ab amaraco porcino muſcoſas abſtinere nares non poſſint, ſed piperis grana pauciora longe pluris, quam multa papaveris ſemina facere.* Qui animus utinam & hodie multis eſſet, quibus potior eſt frequentia hominum ſceleratorum, quam pauci virtuti bonisque moribus dediti! Nihilo tamen ſecius paucos poſt annos denuo malum hoc adeo invaluit, ut A. Chr. CIↃ IↃ CXXIII. d. IIX. Octobr. Patres Academici cum viderent, parum profici exemplis cousque in delinquentes editis, neceſſarium duxerint enumeratis, prolixe publico programmate malis, morbis & detrimentis, quæ Pennaliſmus, (tanquam *in cujus Camarinam, lernam, Avernum, & lacum Aſphaltiten quicquid vitiorum eſt ac flagitiorum, quicquid facinorum & ſcelerum, confluxerit*) complectitur, graviorem delinquentibus pœnam conſtituere; hanc ſcilicet, ut non ſolum *eos omnes, qui Pennaliſmum foverint, aluerint, auxerint, ſervarint, relegatione publica ſubmoturos ſe, nulla vel interceſſionis vel commiſerationis ratione habita*: ſed etiam *typis evulgare velle omnia Relegationum programmata, & cùm in patrias eorum terras, qui hanc luunt pœnam, tum in vicinas Academias mittere, ut his aſerpentibus Libycis, ſcorpiis, viperis, Draconibus, omnes boni mature ſibi cavere diſcant.* At ſucceſſu tam parum proſpero, ut mox ipſi Illuſtriſſimi Celſiſſimique Principes, Academiæ Nutritij, auctoritatem ſuam interponendam arbitrarentur. Proinde Illuſtriſſ. Dux ALBERTUS loco & nomine Illuſtriſſ. Ducis JO. ERNESTI Junioris, tanquam Domini Territorij, Principisque regentis, promulgato A. CIↃ IↃ C XXIII. d. IX. Decembr. Edicto Germanica lingua conſcripto, poſt enarratas varias actiones pennaliſticas, conqueſtus

mici opera imploraret: aut saltem sic enuntiaret injurias sibi illatas, ut in notitiam eius pervenire possent. Etsi interim ad ea quandoque facienda ferendaq; cogebantur, quæ nec aures castæ audire narrata, nec pudici oculi legere scripto consignata sustineant: quæque proinde verendum erat, ne, si impune ferrent eorum patratores, gravissimam divini Numinis iram in Academiam universam provocarent. Quid verò ad hæc omnia Serenissimi Academiæ Nutritii? qvid Magistratus Academicus? Num tota mole irruentem barbariem admiserunt? num malum pestilentissimum radices agere passi sunt? Non sane. sed Illi quidem, pro incomparabili sua ac plusquam paterna publicæ salutis rerumq; Academicarum cura, subinde magistratum officii commonere, utque adolescenti & jam robur acquirenti Pennalismo summa vi obniteretur, hortari: Hic verò, memor officii, nunc crebris ac pæne annuis Edictis, nunc severa animadversione & frequentibus exemplis pro virili sua obsistere: adeo ut non deessent, qui interdum nimii rigoris eum accusarent. Et tamen sic quoque parum aut nihil ad rei summam profectum est. Quod cum sæpius laudati Serenissimi Principes animadvertissent, missis ante ex utroque Consiliariorum ordine, qui Academiam viserent ac ordinarent, in *Novis*, ut vocantur, *Statutis*, anno ∞ Ioc LIII. conditis, hoc quoque constituerunt, *ut quicunq; actionum pennalisticarum auctores exstiterint, nulla personarum, stirpis, vitæ antea bene actæ, aut eruditionis ratione habita, non solum publica relegatione ad aliquot annos plecterentur, sed etiam, ut caussa relegationis dispaleseret, exempla eius typis descripta ad eiq; loci magistratum, unde relegati oriundi, aut quem parentes illorũ propinquive incolunt, transmitterentur: Quod si præterea & libris, aut vestibus, aut quacunq; re alia, Novitios Studiosos spoliaverint, vel corpori ac sanitati eorum damnum dederint, ad ablatorum restitutionem haud tantum, vel certo pretio redemtionem, omnisq; damni refectionẽ adigerentur, sed etiam cum infamia in perpetuum relegarentur: Qui vero non auctores quidem fuerint, socios tamen illarum actionum sese præbuerint, in eos privata relegatione animadverteretur: Utrique verò sumtus restituere cogerentur. Si quis insuper casu ad eas accesserit, sic tamen ut damnum ipse nullum dederit, carcere aliove modo, ut exemplo sit aliis, puniretur:* Additum, *à vicinis quoq; Academiis petituros Principes, ne publice relegatos intra annum, nisi testimonio emendationis vitæ munitos, recipiant. Nec quenquam eorum, nisi præscitu ac consensu Principum utriusq; lineæ in gremium Academiæ recipiendum.* Denique *suas quoq; pœnas manere illos, qui vel in ædibus suis pennalisationes permiserint, vel conviviorum apparatum juverint.* Idque statutum non solùm bis quotannis, cum novus Academiæ Rector præficitur, publice hucusque recitari solitum: sed etiam summa illius, tum paullo ante, quam publicaretur cum reliquis, tum postea Ann. ∞ Ioc LV. ac denuo Ann. ∞ Ioc LVII. publicis programmatis studiosæ juventuti significata est. In delinquentes autem crebro, & quoties deprehensi sunt, pro gradibus delictorum, relegatione sive publica sive privata, carcere, modisque aliis animadversum. Eo quidem, DEo conatibus nostris benedicente, successu, ut illa, qua Pennalismus olim potissimum censebatur, *Veteranorum* in Juniores exercita tyrannis, hisque illatæ injuriæ, reales pariter ac verbales, primo non nisi furtim exercerentur, mox omnino, aut saltem maximam partem, & interplerosque, cessarent. Mansit tamen *contemtus Juniorum*, ac pessimus ille mos, quo nemo quisquam, ac ne quidem illi qui unum alterumque, aut etiam complures annos in Gallicis, Danicis, Suecicis, Belgicis, aliisque exteris, partim & Germanicis, Academiis, (quæ omnes Pennalismum nunquam admiserunt) exegerant, honorifico *Studiosi* nomine digni sunt habiti, nisi Pennalismi legibus se

subjeciſſent. Plane tanquam ab iſtorum maleſeriatorum arbitrio penderet, ut aliquis privilegiorum Academicorum, à Sacratiſſimis Imperatoribus conceſſorum, particeps eſſet. Manſere proinde & *Convivia Pennaliſtica*, cum *Acceſſus*, ut vocantur, tum *Abſolutionum*, ſed alio plerumque prætextu quæſito: immo (quod tanto promtiores ad ea inſtruenda Juniores nunc erant, quanto paucioribus injurijs obnoxii) ſumtuoſius multo, quam antea, facta, ac eo interdum cùm ferculorum, tum præſertim bellariorum ſcitamentorumque, apparatu inſtructa ſunt, cujus nec perſonas Illuſtres, ipſosque adeo Principes pudere poſſet. Denique & *Juriſdictio* manſit, pridem in Juniores uſurpata; eò jam retentu facilior, quod hi beneficii, quod modo diximus, memores, ſponte illorum jugo ſe ſubderent, dominos agnoſcerent, privilegia ab illis ſupplices peterent, illorum, quam magiſtratus Academici, juſſa (cui tamen ſacramento ſe obſtrinxerant) potiora ducerent, denique penitus ab eorum nutu penderent.

Tantum igitur potentia aucti Veterani palam in cœtus & conventicula coire; Comitia habere; leges ſancire; Decreta condere ſcriptoque conſignata promulgare; de cauſſis & controverſijs inter ſe ſuosque natis, quandoque & jurisjurandi neceſſitate teſtibus impoſita, cognoſcere; jus dicere; pœnas, ipſamque adeo infamiam, irrogare ac remittere; præmia largiri; concionem cogere; militem educere; ad ſummam, ferme nihil eorum non audere atque peragere, quæ à ſummis poteſtatibus ſoli ſunt magiſtratui conceſſa.

Juniores autem, tam clementi ſub imperio, verſis, ut ſolet, in majorem licentiam, quæ ſibi à Veteranis indulta fuerant, in omnem petulantiam ſoluti, non ſatis habere, ſi ſui ordinis adoleſcentes modis, quos ſupra recenſuimus, inſectarentur: ſed ulterius progreſſi, nunc ſexum muliebrem non in foro tantum, & in plateis, ſed in æde ſacra, præſertim in ſolennitatibus nuptialibus, probris & convitiis inceſſere, verbis obſcœnis & ſcurrilibus ab auditu verbi divini reliquoq; cultu ſacro avertere, intrantibus, exeuntibusve præcludere viam, pedibusque inſidias ſtruere: nunc in foro ruricolis inſultare, eſculenta, quæ venum attulerant, eripere, querentes de injuriis contumeliis plagisve excipere: nunc in ſuburbana & pagos excurrere, ac rixari inibi cùm incolis, turbasque ciere: denique, ne quid externæ honeſtatis reliquum illis videretur eſſe, cum ſciſſis pilleis, veſtitu lacero, palliis aut potius palliorum laciniis è brachio manuve pendulis, nec tam calceis quam crepidis indutos in publico conſpici: adeo ut, ſi veſtitum ſpectes, non literarum ſtudioſos, ſed mendicos, furioſos, aut à milite exſpoliatos putes. Et quis omnia petulantiæ ipſorum genera ediſſerat! Quæ tamen poſtremo non in Academia tantummodo, aut vicinia ejus, ſed etiam alibi conſpici voluit. Id quod ſatis apparuit, cum ante hunc annum ipſum, in Nundinis Numburgenſibus, inſpectante ingenti hominum ex univerſa propemodum Germania confluentium multitudine, virisque graviſſimis, tam impiè, tam ſcurriliter, tam petulanter, etiam adverſus illuſtres perſonas, ſeſe nonnulli gererent, ut Academiæ huic, immo Studioſorum ordini univerſo, haud exiguam, & vix multorum annorum decurſu eluendam maculam inuſſerint.

Porro cum tanta eſſet Veteranorum in Novitios poteſtas inque Pennaliſmo tuendo pervicacia; tanta item horum licentia, petulantia, & erga Veteranos obſervantia; fieri vix potuit, quin ſubinde, cum alterutri vel utrique vim paſſos aut injuria affectos ſe opinarentur, vel & conata ſua, quæſitamque malis artibus potentiam tueri pertinaciter adverſus magiſtratum cogitarent, res in tumultum & vim publicam erumperet. A Pennaliſandi certe prurigine, defen-

defendendique Pennalisticas actiones proposito fuit, si primam originem spectes, quod Anno CIↃ IↃ CXLIV, Studiosorum tum in hac Academia viventium plurimi, conspiratione inter se inita, obsequium magistratus Academici palam detrectarent, in cœtus coirent, quosdam sui ordinis, explorandæ veritati, utque in eos animadverteretur, custodiæ datos, vi liberarent, Novitios armarent, portas obsiderent, ipsi deniq́ue arci Ducali vim inferrent: nec ante quiescerent, quam Serenissimus Dux VVilhelmus, Patriæ pater clementissimus, comitante armatorum multitudine huc profectus, convocatos in Collegium Studiosos omnes, indeque in arcem deductos, ac tamdiu inibi detentos, donec plerique seditionis auctores detecti essent, ad renuntiandum conspirationi adegisset.

Jam quod ante hos annos quattuor intra oppidum, ante biennium in suburbio a Juniorum manu in ædes civium sub noctem factus est impetus; unde nisi a cœco eorumdem erga Veteranos obsequio, summaque ad ciendas turbas propensione, fuit? Quid multa? Nuperi illius & (nisi Principum sollicitudo subvenisset) pæne fatalis Academiæ nostræ tumultus, cædisque tum perpetratæ, num alia potior caussa fuit, quàm Novitiorum in excubias à Serenis. Patriæ Patre securitatis caussa constitutas jactæ comminationes, & mox pellendis iisdem, tanquam libertati, ut illi putabant, revera autem licentiæ suæ adversantibus, factæ in ipso foro & plateis, si non jubentibus, certe spectantibus, permittentibus, nec improbantibus Pennalisantium præcipuis, concursationes, convocationes, & quæ præterea sua illis petulantia suggesserat? Sed nec ea, in quæ paullo post, turpissima conspiratione inita, magna pars Studiosorum, ut universam Academiæ molem subruerent, convenit, quibusq́ue postea Ejusd. Clementissimi Patriæ Patris mandato, plerisq; omnes porrectis Rectori dexteris semel iterumq́ue renuntiarunt, in hoc usque tempus quisquam tenacius, quam Novitiorum illi, qui *Absolutos* se vocant, servavit. Etsi non ignoramus, fuisse & alios, qui posthabita jurisjurandi religione, quo fidem suam obligaverant, pernicioſa adversus Academiam nostram consilia agitarunt. Quos sua haud dubie pœna manet.

Satis ex iis, quæ non una caussa prolixe recensuimus, apparet, quam nunquam Serenissi. Principibus, Nobisque ipsis, defuerit animus exstirpandi penitus Pennalismi: quam multa item & quam detestanda sint mala, quæ Lerna illa complectitur. Hæc igitur cum in Academia sua nullo modo ferenda diutius, nec tamen remediis hucusque adhibitis plane præveniri tollique posse, animadverterent Serenissimi atque Celsissimi utriusq́ue lineæ Principes ac Duces Saxoniæ, &c. Nutritores Salanæ hujus munificentissimi, Domini nostri Clementissimi: communicato cum aliis S. Rom. Imperii Principibus ac statibus, ac inprimis cum Serenis. Saxoniæ Electore, consilio, tandem aliquando Pennalismum communi consensu exscindendum esse, decreverunt; eamq́; in rem Mandata, publice promulganda, nuper ad nos destinarunt. Summa eorum Mandatorum ac sententia hæc est: *Pennalismum* illum abominandum ex nostra quoque Academia Salana funditus ac radicitus sublatum profligatum atque exterminatum volumus. Nemo quisquam Studiosorum *Veteranorum* in posterum à *Junioribus* recens Academiam ingressis Convivium sive *Accessus*, sive *Correctionis*, sive *absolutionis*, sive *post positionis*, sive, quo-

cunq; veniant nomine, *pennalisticas* comessationes alias ; neque ullum etiam *aurum argentumve* poscito: nullis *exagitationibus*, quæcunque illæ sint, molestus ipsis esto: nulla ad servitia ipsos cogito, multò verò minùs verberibus excipito, aut alio quocunque modo suum quasi sub jugum pertrahere audeto: sed solius Magistratus Academici, & præfectorum ac Præceptorum inspectioni, correctioni, animadversioni eos relinquunto. *Novitii* verò, qui jam tum in Academia nostra adsunt, & qui in posterum adventuri sunt, statim, ac sine ulla procrastinatione inhonestum illum hactenus usurpatum vestitum abdicanto, in ejusque locum, honestiorem, & quali Veterani Studiosi uti solent, adsciscunto; ab exagitationibus sui similium prorsus abstinento; omnem petulantiam publicè privatimque, cumprimis in æde sacra & aliis conventibus ac congregationibus, procul à se amoliuntor. Professores, sui quod est hac in re officii, curiosè exsequuntor; delinquentes, & huic Sereniss. Principum decreto quocunque modo adversantes, tam veteranos, quam novitios, omni sepositò affectu & προσωποληψία seu personarum respectu, pœnâ meritâ afficiunto: & primâ quidem vice pro delicti gradibus ad certi cujusdam temporis terminum, secundâ in perpetuum, sed absque infamia, tertiâ tandem vice, si forte recepti fuerint, neque desistant, cum infamia releganto & excludunto. Hi verò postremi nullius receptionis, sed velut infames, nullius quoque honesti officii capaces, habentor. Quo verò cunque modo, primo, secundo, tertio, relegatus quis fuerit, ad alias Academias, ne ibidem recipiatur, sed velut relegatus aut exclusus ab omnibus habeatur, idemque tam ad aulas illustres, quàm ad cujusque natalis soli magistratum perscribatur : nec absque Sereniss imorum Principum Patronorum, non alterius lineæ separatim, sed utriusque conjunctim, præscitu Dispensatio ulla aut receptio instituatur. Impunè quoque non abibit, si quis sive ex Professorum ordine, sive alius quivis, *Pennalisticarum* comessationum apparatus quocunque modo adjutum iverit; iste quidem Professorio munere, hoc ipso futurus expers; hic verò pro ratione circumstantiarum graviter plectendus.

Hæc

quæstus *ingens ob eas odium famamq; sinistram Academiæ huic conflari, qua moti* Parentes *haud pauci, liberos suos aut nolint hûc studiorum caussa ablegare, aut ablegatos quantocyus avocent;* severe edixit, *ne quis Studiosorum Novitium ullum odioso, scandalique ac contemtus pleno, & Studiosis omnibus ipsisque literarum studiis maxime ignominioso, ac haud dubiè ab hoste studiorum ac virtutum Diabolo ex Orco producto, impediendisq; & supprimendis omnibus artibus ac disciplinis salutaribus comparato* Pennalismi, *aut ejus monetæ aliis cognominibus, clam palamve traduceret, contemtui haberet, offenderet, oneraret: aut ejus amoliendi caussa convivium ullum quocunq; prætextu exigeret, extorqueret, eive interesset; neve quis convictores aut ædium suarum incolas studiosos ea in re ullo modo adjutum iret: sed ut Cives Academici omnes, ac Studiosorum hospites alii, quotiescunq; tale quid eos conari aut agere compererint, dehortarentur, prænmonerent, &, si obsequi nolint, rem evulgarent, ac superioribus, quacunq; ratione possent, significarent; Qui secus fecerint, pro ratione personarum, facultatum, delictorum, gravem Principum indignationem, ademtionem privilegiorum, beneficiorum, munerum, honorum, pœnam relegationis publicæ ad annos aliquammultos, aut etiam exclusionis, carcerem, exilium, pœnam corporalem, & ratione sumtuum ac impensarum pœnam quadrupli, indubie incursuros; utq; tanto certior sit executio, captivos ad aulam Principis deducendos, spe omni intercessionis aut remissionis præcisa.* Quo quidem Illustriss. Principum zelo, providaque Senatus Academici cura, & severa animadversione, effectum est, ut *illa Adnovitiorum exagitandorum prurigo ex parte exstirpata* fuerit; usque dum circa A. CIↃ IↃ C XXX. *quidam rursum excitare eam & viis antea nec tritis nec auditis reducere ex averno moliti sunt.* Quorum tamen molimina mox sunt prohibita publice. Intervenere paullo post, bello in his quoque oris coorto, ea tempora, quibus mirum nemini videri debet, disciplinam publicam hac quoque parte sic corruisse, ut Senatus Academicus consultum existimaret, post edita aliquot in Pennalisantes exempla, Anno CIↃ IↃ C XXXIIX. d. XI. Martij, recensitis denuo varijs *effrænis petulantiæ Pennalisticæ criminibus, fructibusq;*, edicere, *se ex hac Academia hanc pestem, hanc calamitatem, hoc probrum profligatum omniconatu ituros, illosq; Pennalismi architectos & auctores certo Relegatione publica, vel etiam perpetua exclusione, abacturos, ab ejusq; decreti executione nec ullam gratiam, nec ullam cognationem & affinitatem, nec ullas munerum corruptelas se avocaturas.* Cujus quidem Edicti is fructus fuit, ut proximo triennio *Academia nostra gratulari sibi de infamium illarum actionum Pennalisticarum à se quasi exilio videretur.* Quæ tamen mox, Anno CIↃ IↃ C XLI. à quibusdam maleferiatis ex Orco revocatæ, ac, frustra obnitentibus nobis, eousque invaluerunt, ut A. CIↃ IↃ C XLIV. ineunte, orto ob eas insigni tumultu, de quo paullo post, Sereniss. Principibus, Academiæ Nutritijs clementissimis, justa conquerendi caussa nasceretur, *Studiosos qui tum hic loci vivebant omnes, paucorum maleferiatorum instinctu, Pennalismum, cui unus alterq; antea non nisi clam addicti fuerint, nunc in hanc Academiam quasi auctoritate publica inaudito modo introduxisse, adversantes huic instituto suo pro infamibus habere, ac summa vi persequi, ejusq; rei caussa certas confederationes, Deo & legibus repugnantes, iniisse, ac magistratui ordinario, posthabita juris jurandi religione, debitum honorem & obsequium palam denegare.* Sed huic quoque malo cum eorundem Serenissimorum Principum severa mandata, tum Sereniss. Ducis WILHELMI, Patriæ Patris indulgentissimi, præsentia, medicinam attulere, adeo ut per annos proximos tres furor ille non parum remiserit. Qui tamen mox, satanæ haud dubie, saluberrimis, quæ tum de pace Germaniæ reddenda agitabantur, consilijs in novos, credo, furores acti, instinctu, majore cum impetu redijt.

Anno enim CIↃ IↃ CXLVII, & qui proxime ſecuti ſunt, non ſolum *Pennaliſticas Veteranorum actiones* repullulaſcere, hoc eſt, Juniores, aut qui ab illis Academiis, à quibus Pennaliſmus exulabat, huc ſtudiorum cauſſa conceſſerant, contumelioſis nominibus appellitari; tanquam nondum capaces privilegiorum Academicorum alto ſupercilio deſpici; *Studioſi* appellatione indignos, & veluti catharmata publica, haberi; injuriis ac contumeliis affici, verberibus coerceri, pecunia emungi, libris veſtibusque ſpoliari, ad Convivia, cum alia tum *Abſolutionis*, ut vocantur, (ſine quibus nemo, iſtorum Cœnipetarum ſententia, *Studioſi* nomen poterat conſequi) exhibenda adigi, ad omne genus ſervitia, etiam turpiſſima, cogi, denique plane ut ſubditos, immo ut ſervos, haberi, vidimus: ſed etiam *novum*, idque non minus deteſtandum, *Pennaliſandi genus* ex eadem, qua prius illud, officina prodiit. Ipſi enim *Juniores*, & qui nondum annum in Academia exegerant, præſertim qui ſe *Abſolutos* vocabant, Veteranorum exemplo excitati, jam & ipſi alios, recens Academiam, & poſt unum alterumque menſem, quam illi in eandem venerant, ingreſſos, inque certos *Vulpium, Aſinorum*, ſimilesque gradus alios, pro diverſo ſeptimanarum, quibus in Academia vixerant, numero diſtributos, non ſolum privatim, & extra oppidum, ſed in plateis publicis, in foro, immo, (quod plane abominandum) in templo, interque ſacra ipſa & divini Numinis cultum, exagitare, cachinnis excipere, contumelijs afficere, interdum & talitros colaphosque illis impingere cœperunt. Ac ne quis *Novitiorum* injuriis eorum ſe poſſet ſubtrahere, peculiaris illis in æde ſacra locus aſſignatus eſt; in quo, tam præclaris ſc. ritibus initiandi, comparere coacti, quicunque recens in Academiam venerant. Heic tempus omne ſacro cultui deſtinatum, diſcurſationibus, confabulationibus, ſuſurris, cachinnis, verbis ſcurrilibus, omnique petulantiæ genere, ſæpe & clamoribus ac rixis, conſumtum. Quod ſi in propinquo adſtantes adſidenteſve cives honeſtiores, tam effrenem petulantiam deteſtati, Exagitatores dehortarentur, utque ad ſacra & conciones adverterent animum, rogarent: eadem in illos probra, eadem convitia jaciebantur. Paria, immo atrociora, in foro & in ipſa hominum è rure & vicinis oppidis adventantium celebritate perpetrata: ne tam pulchræ comœdiæ etiam peregrini ſpectatores deeſſent. Poſt haſce tam egregias initiationes in ſuburbia & pagos itum: ubi eorundem miſellorum ſumtu ſtrenue potatum, ipſi vero omne genus contumelijs probrisque vexati, ſæpe & talitris colaphisque excepti; & ne quid ipſorum injuriarum expers eſſet, ſciſſi perforatique pilei, dilacerata veſtimenta: aut cum illi, tum hæc, cum vilioribus permutata. Cæterum hæc omnia cum in publico factitarent petulantiſſimi juvenes; quantum injuriarum iiſdem miſeris *Novitiis* in abdito, intraque privatos parietes, illatum putatis! Tot igitur injuriis obnoxii cum vereri haberent, ne, quoties in publicum, præſertim ad illa ſolennia, quæ diximus, loca prodirent, ultra modum vexarentur; *Patronis* opus erat, qui durius atque inhumanius habitos defenderent, ac prodeuntes in forum, in templum, in Collegium comitarentur. Lecti igitur, qui patrocinium eorum ſuſciperent, vetuſtiſſimus quiſque ac audaciſſimus *Juniorum*; ſeu potius pecunia, muneribus, compotatiunculis emti ſunt. Unde nova compotationum genera, & inter exagitatores ac Patronos, quoties aut illi exagitando, aut hi defendendo modum videbantur excedere, jurgia, injuriæ, verbera, provocationes, digladiationes, vulnerationes, & infinita hoc genus mala alia. In utroque vero Pennaliſandi genere, tam antiquo, quam novo, iis omnibus, quibus tot injuriæ perferendæ erant, ſevere, & ſub comminatione infamiæ, ac crudeliſſimarum perſecutionum, interdictum, ne quis Magiſtratus Academici

Hæc ſumma eſt Decreti Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum utriuſque lineæ de *Pennaliſmo*, fœtu iſto orcino, profligando & exterminando. Tuum jam eſt, Juventus ſtudioſa, tam Veterana, quàm Novitia, jurisjurandi, quo Te Sereniſſimis Principibus ac magiſtratui Academico obſtrinxiſti, memorem, mature obſequi. Pietatis eſt Magiſtratui, DEI in terris vicario, obedire. Nemo veſtrum eſt, qui non malit pius, quàm impius audire. Virtutis eſt, ea vitare, quæ vel ſpeciem malitiæ præ ſe ferunt. Nemo veſtrum eſt, qui non malit bonus, quàm malus videri. Obedientia felicitatis eſt mater. Nemo veſtrûm eſt, qui non felices malit ſtudiorum ſucceſſus, quàm infelices. Bonam denique famam conciliat eorum patratio, quæ legibus & honeſtati ſunt conformia. Nemo veſtrûm eſt, qui non malit honeſtus, quàm infamis dici. Hæc, Juventus ſtudioſa, Tecum meditare: &, ſi ſapis, ſponte ad peragenda, cavendaque, quæ Illuſtre Mandatum requirit, Te compara. Sin, (quod tamen nolimus) experieris profecto non deeſſe cum Sereniſſimis Principibus, tum Nobis ea adverſus contumaciam remedia, quæ nolentes eo poſſint adigere. Nunquam, credite nobis, continget, ut quæ Illi tanto conſenſu, tantoque cum zelo decreverunt, irrita reddi, ſeque adeo ludos fieri patiantur. Vos quoque, reliqui Cives Academici, dabitis operam, ne deinceps ulla re Pennaliſmum adjutum eatis. Sin, manebit & Vos ſevera animadverſio. P.P. ipſo feſto Viſitationis B. Virginis, hoc eſt, d. II. Julii, A. Chr. cIↃ IↃ cLXI.

Von Gottes Gnaden Wir Bernhard Herzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/ Land-Graf in Thüringen/ Marck-Graf zu Meissen/ Befürsteter Graf zu Henneberg/ Graf zu der Marck und Ravensberg/ Herr zum Ravenstein.

Fügen hiermit zu wissen; daß Wir/ bey unserer vorgestrigen wieder Anherkunfft/ nicht ohne sonderbahren Mißfallen vernehmen müssen/ Welcher gestalt eine ziemliche Anzahl/ und dem Verlaut nach/ wohl an die 400. Studenten auff Unserer gesamten Universität allhier zu JENA/ sich dieser Tagen mehrmahln ausser- und innerhalb der Stadt zusammen gefunden/ des Vorhabens/ nicht allein vier unterschiedene nationes unter sich auffzurichten/ und aus einer ieden gewisse Seniores zu machen/ welche in geringern Verbrechen der Studenten cognosciren/ und allem sonst besorgenden Ubelstand/ ohne Bemühung des Rectoris, oder gantzen Senatûs Academici, in Zeiten vorbauen solten/ sondern auch zugleich besondere National-Fiscos anzuordnen/ damit hinführo denen krancken und Nothleidenden Studiosis behülfflich zur Hand gegangen/ und do etwa einer/ oder der ander gar allhier versterben solte/ in Mangelung eigener Mittel/ mit einem ehrlichen Begräbniß noch unter die Erde gebracht werden könte. Ob nun wohl Wir diesen zum äusserlichen Vorwand und Schein gerühmten Zweck/ bevorab was das letztere/ wegen Mitleidlicher besserer Versorgung der armen Studenten/ anbelanget/ dahin gestellet seyn laßen; Nachdem es aber ein weites Aussehen gewinnen und sehr ärgerlich fallen wolte/ wann ohne der Landes-Fürstlichen hohen Obrigkeit/ oder auch deß Rectoris und Senatus Academici Vorbewust/ ja gar wieder Dero und dessen Willen/ dergleichen eigenmächtige/ unbefugte und dem Obrigkeitlichen Amt und respect nothwendig zu Schimpff gereichende Convocationes alsofort allhier geduldet/ und denen Studiosis, nach dem es einem oder dem andern itzo oder ins Künfftige nur beliebte/ solche neuerliche Satzungen unter ihnen selbst auffzurichten und zu stifften verhenget und nachgelaßen werden solte/ als welche noch zur Zeit/ weder Alters/ noch sonsten ihrer Condition halben/ also beschaffen seynd/ daß sie hierzu einigen rechtmäßigen Beruff solten vorzuschützen vermögen/ indem sie notoriè in ordine parentium, und gar nicht imperantium sich befinden: Als können Wir/ der hierunter besorgenden und aus allerhand Umständen bereits herfür scheinenden schweren Inconvenientien wegen/ worüber das mit so großem Eifer vor Jahren durch gantz Teutschland abgeschaffte leidige und verfluchte Pennal-Wesen gar leichtlich von Neuen wieder/ zu hiesiger Unserer gesamten Universität gäntzlichen Desolation und Verwüstung/ eingeführet werden könte/ wie nicht weniger/ daß dem Obrigkeitlichen Amte hierdurch gantz unbedachtsamer Weise vorgegriffen/ und deßen gebührender respect unverantwortlich entzogen würde/ in Krafft Unsers von GOTT verliehenen hohen Landes-Fürstlichen Amts/ nicht umhin/ diesem unzeitigen/ und itzt gedachter Unserer biß diese Stunde durch GOTTES Gnade und Seegen/ in unverrücktem gutem Auffnehmen noch immer zu blühenden gesamten Universität/ sehr nachtheiligem Vorhaben/ durch ernstliche Verordnung mit allem Nachdruck und Eifer in Zeiten vorzukommen und zu steuern/ Gnädigst und ernstlich hiermit begehrende/ Es wolle Rector und gemeiner Senatus Academicus dieser Unserer gesamten Universität denen Interessirten/ und in diese unverantwortliche Händel verwickelten Studiosis nochmahls beweglich zureden/ und sie von neuem mit allem Ernst vermahnen/ von diesem unbesonnenen und im Ende wieder ihre geleistete Pflicht lauffenden Beginnen alsobald abzustehen/ auch die zu Unterscheidung der vier vermeinten Nationen/ und gleichsam zum Beweiß ihrer auffgerichteten untüchtigen National-Ordnung/ allbereit angebundene und annoch führende Livreen in continenti wiederum abzuschaffen/ hingegen aber zu Bezeugung ihres schuldigen Gehorsams/ und daß sie überall mit dieser schädlichen und nichtigen Zusammen-Verbindung ferner nichts zu thun haben wolten/ die darüber verfertigte Matriculs-Bücher dem Rectori Universitatis unverlängt einzuhändigen/ auch sonsten im übrigen/ bey itzigen ohne das sehr zerrüttetem Zustande und gefährlichen Zeiten im Heiligen Römischen Reich/ GOTT vor allen Dingen vor Augen zu haben/ sich eines erbarn/ sittsamen und tugendhafften Lebens zu befleissigen/ und ihren Studiis, ohne Aussinn- und Erregung dergleichen ungeräumten und schädlichen Händel/ mit gehörigen Fleisse abzuwarten. Do ferne aber einer oder der ander auff seiner dißfals gefaßten Meinung/ ohnerachtet alles vorher beschehenen treuväterlichen Vermahnens/ beständig verharren und weder durch gütliches Zureden/ noch ernstliche Bedrohung sich davon abwendig machen laßen wolte/ deßen Wir Uns doch zu Ehrliebenden/ verständigen und wohlgesinneten Studiosis keines weges versehen; Solchen Falls werden obbenante Rector und Senatus Academicus mit gebührender Abstraffung/ ohne einig Ansehen der Person/ schleunig zu verfahren wissen/ Wir aber/ auff derselben unterthänigste Imploration, gleich wie hiebevorn nicht weniger von Unsers in GOTT ruhenden Hochgeehrten Herrn Vaters Gnaden/ bey dergleichen Begebenheit/ geschehen/ keines weges ermangeln/ wider die Halßstarrigen Verbrecher/ und darunter zumahl auch die Redelsführer dergestalt procediren zu laßen/ daß andere darob ein Exempel und Abscheu davon zur Warnung zu nehmen/ billich Ursach haben werden. Diesem allen nach/ wird sich ein ieder/ dem sein Heil und Wohlfahrt noch angelegen/ auch seiner Eltern und Verwandten Hertzeleid und Unmuth zu vermeiden/ noch ein Ernst ist/ vor Schaden zu hüten wissen/ und geschiehet daran Unser Gnädigster/ auch endlicher Will und Meinung. Uhrkündlich haben Wir dieses offene Patent eigenhändig unterschrieben/ auch mit Unserm Fürstlichen Canzelley Secret bedrucken/ und zu männigliches Wissenschafft nicht allein in der Kirchen von der Canzel ablesen/ sondern auch darauff öffentlich anschlagen laßen. So geschehen und geben Jena den 22. Julii/ 1675.

Wir/ RECTOR und PROFESSORES,

Der Fürstl. Sächs. gesamten Universität zu Jena.

Fügen hiermit zu wissen. Demnach männiglich leider! nicht unbekant / welcher gestalt die Zeit hero an unterschiedlichen / so wol fernen Orten / als auch in der Nachbarschaft / durch unvermuthlich entstandene Feuers-Brünste viel Schade geschehen; dannenhero der Durchlauchtigste Fürst und Herr / Herr JOHANN ERNST / Herzog zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg ꝛc. unser Gnädigst. Fürst und Herr / aus Landes Fürstl. gn. Sorgfalt bewogen worden / durch Sr. Fürstl. Durchl. hochlöbl. Vormundschafts Regierung alhier eine hinlängliche höchstrühmliche Anstalt in hiesiger Fürstl. Jenischen Landes-Portion zu machen / daß überall im Lande gute Auffsicht auf Feuer und Licht gehalten und / so viel müglich / alle Gefahr und Schade / nechst Göttlichen Beystand abgewendet werden möge; Und aber darneben in sonderbare Betrachtung kommen / daß die Studenten-Jungen allhier mit den Fackeln bey Nachts-Zeiten große Unvorsichtigkeit und Muthwillen treiben / in dem sie darmit nicht allein auf den Gassen unbehutsam und freventlich ümgehen / sondern auch dieselben gar biß in die Häuser und vor die Stuben in die Höhe ungescheuet tragen / welchem Unwesen dann bey Zeiten nachdrücklich vorzubauen / die unümgängliche Nothdurft erfodert: Immaßen auch bey hiesiger löbl. Bürgerschaft die heilsame Verfügung albereit geschehen / daß niemand hinfüro mit breñenden Fackeln des Nachts ferner zu gehen / noch denen darmit handelnden Krämern deren eine zu verkauffen / verstattet werden soll; Als wird / auf höchstermelten Fürstl. Gn. Befehl / allen unsern Civibus Academicis und Universitäts-Verwanten / wessen Stands und Condition dieselbe seyn mögen / in Kraft dieses / bey hoher uñ schwerer Straffe / interdicirt und verbohten / daß sie / von nun an / sich durchaus keiner Fackeln bey nächtlicher Weile / unter was prætext uñ Vorwand es auch seyn möge / weiter gebrauchen / sondern sich allein an den Laternen benügen lassen sollen. Würde sich auch iemand / wer der sey / von unsern Civibus, oder deren Bedienten / unterwinden / dieser wohlgemeinten Verordnung zu wider / einige Fackeln an andern Orten einzukauffen / dieselben anhero zubringen / und ihme vortragen zulassen / wider den / oder die / soll alsofort / nebst Abnehmung der Fackeln / scharffe Inquisition angestellet / und solcher gefährliche Ungehorsam an Ihm / oder denselben / mit unausbleiblicher nachdrücklicher Bestraffung vindiciret und gerochen werden. Als auch die Zeit hero wahrgenommen worden / daß die Studenten-Jungen / und unter denselben oft grosse erwachsene schlimme Gesellen / sich nicht gescheuet / mit unflätigen Lieder-singen / Pfeiffen / gräßlichem Geschrey / Steinwerfen / Tumultuiren / schänden und schmähen / ja so gar mit Herausfordern / in die Steine hauen / und Antasten stiller und friedsamer Leute / so taags als nachts / vielen Unfug / Uppigkeit und Unruhe anzustellen und zu verursachen; So wird hiermit / bey Vermeidung ebenmäßigen ernstlichen Einsehens / denē alhier sich befindendē Studiosis, so dergleichen Jungen halten / angedeutet und befohlen / angeregte ihre Jungen dahin zu weisen / daß sie sich aller ietzt gedachten Stücke / Frevels und Muthwillens gäntzlich eusern / und hingegen still / erbar / züchtig und friedlich bezeigen; oder gewarten sollen / daß die Ungehorsame und Widerstrebende nicht allein von den Gassen hinweggenommen und zur Gefänglichen Haft gebracht / sondern auch gantz und gar abgeschafft und länger nicht in der Stadt geduldet werden sollen. Wornach sich also ein ieder zu achten / und vor Ungemach / Schimpf und Schaden eigentlich zu hüten wissen wird. Uhrkundlich ist dieses Patent zu öffentlichem Druck gebracht / und mit der Universität Insiegel corrobiret und bekräftiget worden. So geben Jena / den 17. Novembris, Anno 1678.

L.S.



RECTOR und PROFESSORES
Der F. S. gesamten Universität JENA

ALLEN hiermit zuwissen: Demnach man / bey F. S. ges. Universität allhier / eine Zeit hero mit nicht geringem Mißfallen vernehmen müssen / welcher Gestalt / nicht alleine einige unverschämte Junge Bursche von den Inwohnern hiesiger Stadt Jena / sondern auch / nebst denenselben / so gar etliche Studiosi, zuförderst aber dero Jungen / sich gelüsten lassen / bey offentlicher Copulirung der neuen Eheleute in der Kirchen / Uberhand Unfug / Aushöhnung / und Beschimpffung zubeginnen / so wohl auch / beym Heraus-Tritt de Hochzeit-Gäste auff die Straße / die Ordnungen zu zertrennen / und darbey vielerhand hochbeschwehrlicher Muhtwillen zuverüben; Hierüber auch noch / zumahl des Abends / in die Hochzeit-Häuser und auf die Tantz-Plätze unerbethen einzudringen / und daselbsten nicht weniger allerhand Ungelegenheit / so wohl denen Ehelich Vertrauta / als auch ihren eingeladenen Gästen zuerwecken. Welches aber alles der Christlichen Zucht und Erbarkeit entgegen / auch zu nicht geringer Bespottung des heiligen Ehestandes und aller guten heilsamen Gesetze und Ordnungen / auch Ihrer / der Studiosorum, selbst-eigener Verunehrung und Geringschätzbarkeit gereichet; Als wird / hiermit und in Krafft dieses / allen und jeden Universitäts Verwandten / und denen / so bey ihnen in Diensten begriffen / ernstlich / und bey hoher nahmhaffter Straffe untersaget und verbothen / daß sie / weder vor sich / noch die Ihrigen / sich dergleichen hochärgerlichen Beginnens / in Bespottung und Hinderung derer Verlobten und Hochzeit-Gäste / weder inn- noch ausserhalb der Kirche / weiter unterfangen / oder dieselbe an ihren Ehren / Glimpff und guten Nahmen / auf einigerley Weise / mit Worten oder Wercken antasten / vielweniger den Christlichen Krichgang trennen / verwirren / noch auf die Hochzeitmahle und nach den Täntzen unersuchet lauffen / sondern vielmehro / als Personen / so den freyen Künsten und guten Sitten obliegen und ergeben seyn solten / sich allenthalben wohlanständiger Bescheidenheit / Stille und Erbarkeit gebrauchen / auch die Ihrige darzu nicht weniger nachdrücklich anweisen. Immassen dann auff die Verbrechere dißfalls genaue Auf-sicht gehalten / dieselbe auch mit nachdrücklichem Eyfer / Ernst und gebührender Bestraffung angesehen und beleget werden sollen. Wornach sich Jedermänniglich zu achten / und vor Schaden und beschwehrliche Verantwortung vorzusehen und zu hüten wissen wird. Public. Unter der Universität Insiegel / den 13. Januar. 1678.

L.S.



VOn Gottes gnaden Wir Moritz/ Hertzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Bergk/ Postulirter Administrator des Stiffts Naumburg/ Landgraf in Thüringen/ Marggraf zu Meißen/ auch Ober- und Nieder Lausitz/ Gefürsteter Graff zu Hennebergk/ Graff zu der Margk und Ravensbergk/ Herr zu Ravenstein/ und der Balley Thüringen Statthalter. Fügen hiermit allen Vnsern Hauptleuten/ denen von der Ritterschafft/ Beambten/ Räthen in Städten/ und ins gemein allen und ieden Vnseren Vnterthanen zu wissen/ daß seither Vnser geführten Landes Fürstl. Regierung sich bey Vns zu mehrmahlen unterschiedene Personen angemeldet/ und umb Beförderung zu Geist- und weltlichen Officiis unterthänigste Ansuchung gethan/ unter denen Wir hernacher bey angestellten examinibus und dergleichen Prüfungs Colloqviis oder auch bald aus ihren eingegebenen Schrifften und speciminibus die meisten so gar rohe/ und in denen fundamentalibus gantz seuchte befunden/ daß sie zu einigen Diensten ohne Verletzung Vnsers Obrigkeitlichen Anbts und des gemeinen Bestens nicht haben können gezogen werden/ Wir auch hiernechst wahrgenommen/ daß dennoch dergleichen untüchtige subjecta durch anderer Collatoren und Promotoren Beförderung uff die Predigtstühle gestellet/ in die Schulen gesetzet/ und zu anderen Ambtern promoviret werden wollen: Woraus dann ferner dieses erfolget/ daß die Jugend ie mehr und mehr versäumet/ die alten und erwachsenen nicht erbauet/ und von den wenigsten ihren anvertrauten Aembtern und Diensten eine Gnüge gethan/ hingegen aber allerhand Vnrichtigkeit Speen und Widerwillen erwecket/ und Wir in Vnseren Regierungen und Consistoriis mit vielen Klagen und unfertigen Händeln behelliget und beladen worden/ inmaßen es die tägliche Erfahrung leider mehr dann zu viel bezeuget.

Wie Wir Vns nun den Vrsprung und Haubtqvelle dieses Vbels zu desto füglicher Remedir- und Abhelffung desselben zu erforschen/ Vnserer Landes Väterlichen Fürsorge nach/ billig angelegen seyn lassen: Also sind Vns zwar unterschiedene Vrsachen/ woher dieser Vnrath entspringet/ angezeiget worden/ worunter auch nicht unbillig zu rechnen/ daß heutiges Tages fast niemand mehr seine Kinder zu ehrlichen Handwercken oder anderer zuläßiger Handthierung/ sondern iedermänniglich dieselben ohne Vnterschied/ sie mögen hierzu fähig seyn oder nicht/ zum studieren wil gezogen wissen. Es ist aber doch diß die fürnehmste und wahre Haupt Vrsach/ daß die jungen Leute allzugeschwinde und ehe sie noch den geringsten Grund zu einiger Wissenschafft geleget/ die Particular-Schulen verlassen/ und auff die Vniversiteten eylen/ woselbsten sie hernacher alsbald ad altiora/ und auch dißfalls mehrertheils sine ordine und delectu sich wenden/ und wie sie zuvor keinen Grund geleget/ also mögen sie auch folgends umb so viel weniger ichtwas beständiges darauff bauen/ Ja ob auch gleich derer etliche zu Ihrer selbst Erkäntnüs gelangen/ und ihre ungeschickligkeit verspüren/ So achten sie es dennoch sich in dergleichen Sachen ferner unterrichten zu laßen für eine Schande/ und bringen sich also umb Zeit und Geld verdrießlichen/ zu ihren und ihrer Promotoren großen Schaden/ Schimpff und Nachtheil/ Damit nun aber sothanen Vnheil gesteuret/ hinfüro ein gewisser delectus ingeniorum, so zu dem studieren tüchtig/ gehalten/ und bey Verschickung derselbigen uff die hohen Schulen ein genau Absehen uff derselben profectus genommen werden möge/ So ordnen Wir hiermit und wollen/ daß die Schuljugend in Vnserm Fürstenthumb und Landen/ wie auch Vnsere Land Kinder/ so sich in Schulen außerhalb Vnserer Lande befinden/ und künfftig bey Vns Beförderung zu suchen gedencken/ ehe und bevor sie uff Vniversiteten ziehen/ sich vorhero bey Vnserm Hoffprediger allhier mit ihres Præceptoris attestat anmelden/ examiniren laßen/ und/ ob sie hierzu tüchtig erkennet/ oder wieder zurück an die Particular-Schulen gewiesen werden möchten/ schrifftlichen Bescheids gewarten sollen/ Gebiethen demnach allen und ieden Vnseren Superintendenten/ daß Sie denen sämbtlichen in ihrer Diœces befindlichen Schul Collegen hiervon Anzeige thun sollen/ damit dieselben keines Vnserer Landkinder/ und die sonsten dermahleinsten bey Vns Beförderung suchen wollen/ ohne vorhergehender hiesiger Examination aus der Schule laßen/ sondern dieselben zu vorhero an obbemeldten Vnsern Hoffprediger gebührend verweisen/ auch do sich einer oder der andere/ ohne angeregten Schein und Erlaubnüs hinweg wenden solte/ soll Vns solcher nebenst Anzeigung dessen Nahmens anhero unterthänigst berichtet werden/ Befehlen hierauff ferner/ nebenst ietztbemelten Vnseren Superintendenten auch Vnseren Beambten und Räthen in Städten/ die Bürgerschafft und andere Vnsere Vnterthanen/ so Kinder oder Pflegbefohlene in- oder außerhalb Vnserer Lande annoch uff Schulen haben/ oder künfftig dohin bringen möchten/ alles Ernstes dohin zu ermahnen/ daß sie solcher zu ihren und ihrer Kinder besten gemeinten Verordnung gehorsamst nachleben sollen/ mit der ausdrücklichen Commination und Verwarnung/ daß do einer oder der andere sich anhero nicht stellen und solches Examen nicht ausstehen würde/ selbige bey Vns in Zukunfft keiner Beförderung sich zu getrösten haben sollen/ An deme geschicht unser ernster Will und Meinung/ Vhrkundlich mit Vnserm zu Vnserer Erblandes Regierung verordnetem Cantzley Secret bedrucket/ und geben zur Moritzburgk an der Elster vor Zeitz/ den 13. Junii/ Anno 1664.



De Bibliothecis publicis. De Re Libraria & Typographica. 368

Summa Potestas circa eam ē penes Principem & Senatum Eulstium: sumā minor penes Academias & Facultates, Carpz. 2: 413.

vel Consistoria, Sekend. d. g. St. l. 2. C.

Conc. Chol. in Trull. c. 68. 63. Conc. Later. sub Leo. x. sess. x.

Julian. Imp. Georgii, Episc. Alex. ex quibus Bibliothecam sibi vindicat, V. Epist. ejus 9. p. 162. & p. 269.

Chianis Professorib. inrdicit lectie Graecorum autor, p. 301.

Haeretici ut libros orthodoxorum corrumpant, patet ex Concil. Chol. in Trullo. passim. & c. 63. Concil. Nic. 2. p. n. 530.

Principibus abjudicat Baronius ad A. c. 1186. §. 22. exempto & auctoritate Gotfridi Viterbiensis quod opus suum dedicavit Censurae Urbani III.

Hinc valde invehit in ministros regios, qui probata à Pontifice scripta, redigant sub censuram.

Esse munus Episcoporum per canones veteres, V. id. praefat. Tomi VI.

Confundit Cardinalis Jus ipsum censurae, quod ē pars Juris Majestatis circa sacra. cum administrāe, quam Majestas Senatui suo committere solet.

Aliud ē dedicare, aliud censurae submittere. illud honoris, hoc nectis & juris.

Censura ab Episcopo in deputato gratis sit, Conc. Lat. sub Leo. x. sess. x. Conc. Trid. sess. 4. p. 680.

Index Expurgator. C. Trid. sess. 17.

Privilegia Bibliopolarum de cudendis & vend. libris dari pnt, Carpz. 2: 414.

Caveant cedentes, ne irrevocabiliter fiat cessio, id. 415.

Causae & lites circa privilegia talia pertinent ad Concedentem tpl Judicem & Interpretem, Carpz. 2: 416.

LUCIANUS DE ASTROLOGIA,
DES. ERASMO, INTERPRETE.
ROTERODAMO.

DE Cœlo, deq; astris ē nobis institutꝰ sermo. Non de ipsis qd. astris, neq; ipso de cœ-
, vèr de divinãe ac verite, q̃ ab illis in hõum
tam ꝓficiscit. Neq; rursꝰ mihi libellꝰ hic
traditur aut doctor ꝓfitet, quo pacto di-
nãem hanc assequi liceat. Sed illud queror,
ctos omneis quum in cæteris oĩbꝰ exerceãt
, suisq; oĩbꝰ tradant, solam Astrologiam
habere in pretio, nec exercere. Atq; hoc
genꝰ vetustum ē, neq; nup ad nos pvenit;
inventum ē, & priscor Regum, quos Dii a-
bant. At huiꝰ ætatis mortales ō solùm
citiã socordiãq; vèr etiam odio laboris,
versa ab illis sentiunt, cumq; fortè incide-
t in eos, q falsa ꝓdicunt, tum & astra culpãt,
sam Astrologiam sint exosam, neq; saluta,
eam, neq; veridicam arbitrantes. Sed ar-
magis balsam atq; inanem, haud rectè, si-
mihi qd. videt, sentientes. Neq; n. ob impi-

tiam fabri, ars ipsa culpas, neq; ob cantoris in-
scitiam, ipsa musica pay ē erudita: qn illi pe-
artium st ignari. Cæteÿ ars unaqq; suâ pte-
scita ē. Primùm igr Æthiopes hanc rãem mo-
talibꝰ tradiderunt. In cãa fuit partim gen-
ejꝰ sapientia. Partim regionis q incolunt o-
portunitas, ppea q ap. eos ppetua sit cœli ser-
tas tranqllitasq;, neq; patiunt anni mutat-
sed eâd. tempie vivunt. Itaq cum primùm
derent Lunam ē semp eod. vultu apparente-
sed variâ subinde spē, & in aliam atq; al-
verti formam, visa ē illis ea res admir-
atq; disqsitie digna. Deinde cum inqsi-
reperunt hanc ēē eay rey cãam, q Luna
lumen pprium, sed à sole mũtuatum. In-
runt a. & reliquay stellay motꝰ, hay quas
errones appellamꝰ, nam stellay hæ solæ m-
vent, nãamq eay ac potestem & effectus,
unaqq ꝯstet nominibꝰ quoq inditis, ē illis
utcunq visum ē, ꝯfictis: sed q notæ rey ē-
Ita igr in cœlo pspexerunt Æthiopes, mor-
ptiis finitimis artem impfectam tradi-
runt. Porrò Ægyptii divinandi rãem, q ab-
dimidiatam acceperant, in majꝰ diverunt
q mensurã etiam, ad q unaqq stella moveret, in-
cârint.

Ad

ac annorum, mensium, horarumq; numerum institu-
ut. Ac menses qd. illi Lunâ metiunt, atq; ejus re-
u finiunt. Annum v. Sole, & hujus circuitu
tiunt. Qn his etiam majora ostenderunt.
n ex universo coelo reliquisq; stellis, & erran-
, & fixis, neq; simul cum caeteris sese move-
, duodecim partes effecerunt in his q mo-
, & unamquaq; suis animantibus repsentâ-
t, partim marinis, partim hoe, partim
is, partim volatilibus, partim pecudibus.
e & sacra Aegyptiorum variè fiunt. Neqn. oes
ptii, ex oibus 12. partibus divinabant. Sed
aliis utebant partibus. Itaq; arietem co-
t, q ad Arietem spectabant: piscibus ē ve-
t, q Pisces annotârant. Nec hircum ma-
t, q Capricornum viderant, atq; aliiitem
venerabant, q qsq; invenerat. Qn taur
m ob honorem coelestis Tauri colunt. Nam
ap. illos, res in primis sacra, regiem sortitus
geam incolunt partem, oraculum quoq;
runt, signū videl. divinatis, q à coeleste
ropetunt. Ac ē multò post Lybies quoq; artem
e st aggressi. Siqd. & oraculum q ē ap. illos
nonis, ad coelum & hujus sentiam refert, jux-
mmonem, prem illi arietis spe fingunt.

Calluerunt a. hæc oīa, & Babylonii, atq hi q̄
affirmant se primos oīum fuisse. Veȝ, ut ego ex
stimo, multò posteriȝ ad hoc scientia pvenit.
At v. Græci nec ab Æthiopibȝ nec Ægyptiis de
logia qeq audierunt. Veȝ illis Orpheus Oeagri
Calliopeq pgnatȝ, primȝ ista monstravit, oīa
admodum dilucidè, neq rem clarè docuit, sed
stigiis, ac mysticis involueris obtexit. Sic
visum ē. Nam ꝯcinnatâ lyrâ, Orgia institu
sacrásq cantiones decantabat. Porrò lyra
cum 7. haberet chordas, ꝯcentum mobilium
lay repsentabat. Hæc ꝯqrens atq hæc agi
Orpheus, oīa delinebat, oīaq vincebat. Neq
illam hoīs lyram spectabant, neq illi alteri
musices studium erat, veȝ hæc magna illa
phei lyra. Hisce rebȝ cum Græci honorem
bere vellent, locum illi in ipso cœlo designa
runt, & ꝯplusculæ stellæ vocans Orphei lyra
Quod si qldo Orpheum videris v saxo expressum
vel coloribȝ effictum, sedet in medio, canens
similis, manibȝ tenens lyram. Circa hunc
nimantium innumera multitudo, inr q & h
& taurȝ & leo. Cumq hoȝ singula videris,
hoȝ mihi memineris, cujusmodi sit illiȝ ca
cujusmodi lyra. Cujusmodi taurus, & cuj
leo Orpheum audiant. Quod si eoȝ q dico, ca
intelligas, tum & in cœlo hoȝ unumqq ꝯte
plan

Rellig l. XIV. Cap. 1. elegantē refert dissertationem Phavorini adv. Chaldaos, ut sub fine illius disputet. ex adeundo
Notū est decem Astrologos, Mathematicos, Ariolos et id genus hominum malè semper audivisse.
Inde et Cato de Re Rustica Cap. 5. præcipit ne Villicus Augurem, Aruspicem, ariolū vel Chaldaeum
veni consuluisse velit. Columella lib. XI. de Re Rust. Cap. 1. p. m. 192. b. præcipit, ne Villicus Aru-
spicem sagamq; sua sponte noverit, q utraq; gnra vanâ superstitione rudes aios infestant. Inde
sæpissime usi sunt. (4) Anathema vel sumitur abstractè pro se-

paratione ipsa l. concrete pro separatâ priorimodo con-
Constantinop (quod dr oecum. stum.) anathema explicat quod
nihil aliud notet quam separationem à Deo, qua impius sibi infe-
rat, licet non ubo ab aliquo suscepisset per suam impietatem
à vera vita semetipsum separans. Baldinus in sing. disp. de ana-
themat. Thess. 3. et T. 2 Concil. f. 585. f. a. posterioris ac-
ceptionis expta ubivis sunt.

c. ult. Conc. Carth. 2. ap. Carnoy. p. 157.

§ 6. Sumitur l. specialiter et in reos singulares in foro nim. pro-
nunciatum et ad excommunicandum hoc vel illud individuum ad-
bitum l. generaliter et comminatorie idq vel in judicio Eccles-
astico ad terrendos peccatores et hæreticos l. à privatis s.
sociatis inter se promittentibus sub anathematis imprecatione
(ut Act. 23, 12) et in secta Essenorum apud Porphyrium de
abstinentia animalium l. 4. Euseb. de præparat. Evang. l. 9. c.
Sepher Chagasin f. 139. f. 6. s. solitarie consideratis imprecan-
bus diras aliis ut Paulus ad Gal. 1, 8. Jos. 6, 26. (6) Anathema
qn pro excommunicatione sumitur l. generale e et indifferenter
de oi specie usurpatur l. specialiter pro graviori et iniquiori
excommunicatione sumitur.

CAPUT III.

De Synonymis et Cognatis Anathematis.

§ 7. Synonyma anathematis sunt (1) חֵרֶם sumitur vel sensu
Biblico vel sensu Rabinico. sensu Biblico (1) significat sa-
crum donarium Lev. 27, 21. 28. Num. 18, 14. Ezech. 44, 1
Jos. 7, 1. et u. 1 Cron. 2, 7. Mich. 7, 2 l. ob delicta gravissima
Deut. 7, 26. Jos. 7, 12, 13; 15 Deut. 13, 7. 1 Reg. 20. 42 Es. 34,
5. (3) Execrationem et internecionem in abstracto Malach. 3,
Zach. 14, 11. Es. 43, 28. sensu Rabinico חֵרֶם vel sumitur

generaliter pro Excommunicatione ut sic: l. specialiter pro Execratione majori: Generaliter accipit Elias Levita in suo Tisbi. Atque hic placet inserere quædam de ejus apud Hæbreos Originis, speciebus et effectibus. Et originem quidem quod attinet pro captivitate Babylonica aut circiter demum videtur introductum et quamquam maledictio simplex s. dirarum usus in peccatores non infrequens fuerit olim, cum qua etiam separationem à convictu quorundam familiari, quibusdam usitatam fuisse negari nequit Q. 1, 1. et 26, 4. Es. 66, 5. unde et separatio illa à Samaritanis extitit: Excommunicationem tn propriè acceptam, quæ semper cum quadam capitis diminutione conjuncta erat ante captivitatem in usu fuisse nullibi extat, nec eæ voces quibus postmodum appellatum fuit hoc pœnæ genus hac significatione ullibi occurrit. Quamdiu n. sui juris erant Judæi l. morte l. plagis l. mulcta sontes puniebant: Postmodum v. cum potestate publica toto destituerentur l. eadem saltem ex gratia Principum ad aliquot gradus uti liceret excommunicatione scelerator à sua communicatione tantisper abscindere coeperunt, donec acta pœnitentia ad frugem meliorem se reciperent et absoluti pristino gauderent convictu. Quamvis Judæis familiare sit originem ejus deducere ex illa maledictione quam Barack usus est Judic. 5, 23. vid. Thalmud mo et Chaton cap. 3. fol. 16. et Buxtorf. in Lexc. Chald. in voce שָׁמֵת species sunt duæ minor נידוי Niddui et שַׁמָּתָה et major quæ Cherem in specie appellatur illa l. respectu omnium fiebat de qua Maymonides Thalmadora c. 6-7. Seldenus de jure

Naturali l. 4. c 8. ejusq; sententia aut à vigilantibus serebatur
s. publicè et in foro s. privatim et ẍ forma à personis singula-
ribus in se ipsos non minus quàm in alios: aut per insomnium quando scilicet
quis per insomnium viderat se sententiam s. forensi s. personae
cujusdam singularis ẍ forum excommunicatam cognovisset s.
ignorasset l. respectu aliquorum tm erat de qua Gemara Baby-
lonica ad Mo et Eaton cap. 3. f 16. Major excommunicatio
l. forensis erat l. privatorum: illa quae ob delictum praeteritum
in reos singulares judicialiter l. ob futurum indifferenter et con-
municatoriè Esr. 10, 8 Neh. 10, 19. cap. 13. 28.

§ 8. Caeterum circa excommunicationem minorem quae contra
Niddui notari quoque possunt. 24. illae causae ob quas haec poe-
na infligebatur sontibus quas ex Maymonide excerperunt Joh.
in Coccejus in Excerptis ad Gemaram Tit. Sanedrim et Maccoth
p. 147. Buxtorf. in Lex. Chald. p. 1304. Seldenus de voce nauti l. 4.
cap. 8. nim. Excommunicationis fulmen vibratur si quis (1) contempserit
sapientem etiam demortuum si quis (2) Nuncium domus Judicii (3)
si quis proximum suum vocasset servum etc. ad quae tunc excommuni-
catio fiebat l. coram, quae coram quoque erat solvenda l. non coram
s. verbis per alium quendam s. scripto in scheda per scribam publicè
publicata, quae l. coram l. non coram solvi poterat de quo videatur
Schilchan Aram in Josen Hanoispath n. 11 sect. 4.

§ 9. Effectus Anathematis hic erat ut quiesceret in Niddui nec tra-
deret nec lavaret nec admitteretur in consortium Ordinarium deum
personarum nec sederent juxta eum alii ad quatuor ulnas. Atque etiam
templum ingredi oportebat ad sinistram ut dignosceretur vid. Circ.
cap. 8 Elieseris c. 17, in fine. Durabatque Niddui 30 dies si resipi-

ret excommunicatus. Si minus (1) duplicabatur, postmodo triplicabatur dierum numerus tandem sceleratus excommunicabatur per Cherem. Si a. mortuus fuerit in Excommunicatione non lugebant eum, nec eius funus deducebant, sed judices Serethro eius imponi curabant lapidem vid. Buxtorf. in Lex. in voce Nidda. Seldenus de Synedriis lib: 1. c. 7. Aloysius Novarensi Schedias. s. lib. 7. n. 46. Koch in Sanchedrin l. c. p. 128. Cherem v. tam atrociter feriebat scelerator ut excommunicato nec docere nec discere cum aliis nec conducere nec conduci nec commercium cum ullo habere liceret. Cum illo quoque nemini concessum erat l. edere l. bibere, ut probabile sit Apostolum qq. hoc poenae genus intendisse 1. Cor. 5. 11. Eius formulam quandam tradit Buxtorf. in Lex. p. 828. Ex sententia Dni: Dominorum sit in anathemate. In alium et multo longiorem et pleniorem ex Sepher Calbo s. 144 tradunt Seldenus de jure Naturali lib: 4, c. 7. et Vorschius in Notis ad cap. Circke R. Eliezeris p. 226. quae ita se habent. Ex decreto vigilum et sanctorum jussu vos anathematizamus, adjuramus, exterminamus, excommunicamus, maledicimus et execramur volente Deo et Ecclesia etc. l. similis proclamabatur coram tota Synagoga congregatis omnibus Ecclesiae capitibus et Senioribus; et tum incendebantur candelae quae maledictionis forma finita repente extinguebantur in signum quod excommunicatus coelesti luce indignus habeatur. Erant a. Candelae cereae, nigro colore et excommunicans, in sinu librum legis tenebat, tubarumque sonitus adhibebatur, ut rec haec cia majorem incuterent terrorem vid. Novarin. Shediasm. l. 7, n. 47. 49. et de Buccinis Buxtorf. Lex pag. 2463, ubi adducit locum de excommunicatione Jesu Nazareni, quae itidem (ut Merozum excommunicabat Barack) 40. buccinis traditur esse peracta vid. Coccejum in l. c. p. 146.

§. 10. שמתה quod notat (1) rem dicatam Deo (2) rem exitio destinatam (3) excommunicationem minorem expta ht Buxtorf. p. 2467. haec tn. non levis est controversia mr eruditos utrum hac voce tertium quoddam genus excommunicandi ap. Judaeos fuerit ita ut שמתה alterutri illarum aequipolleat, et in priori sententia Buxtorf. Pater in Institutione Epistolari c. 6. Buxt. Filius in Lex. 2463 Elias Levita in suo Tisbi Elia Bertram in Politia Judaica cap. Schindlerus in Lexic. ad verbum Schammeth Beza in 9 cap. Johan. v. 22. Dreesius etiam in Joh. 9 et in quaest. et responsione l. 1. qst. conferatur Novarini Schediasmata l. c. 10. Alteri a. sententiae subscribit Seldenus de Synedriis lib. 1. c. 7. p. 116. seqq. et Joh. Crapus in observ. sacris et historicis.

§. 11. 3. Inter Synonyma Anathematis qq. recensetur Niddui de quo supra quaedam tradita sunt. Pertinet huc mr Synonyma Anathematis oio vox ἀποσυνάγογος, quod vocabulum etiam a Patribus adhibetur, tam de eo, qui a Judaeis excommunicatus est (sic n. Athanas. Tom. 2. p. 628. De Judae Bergeiensi, cuius moribus reperta erat Christi imago ἀποσυνάγογον ὑλάσαν ἢ synagogam facientes expulerant) quam qui a Christianorum Ecclesia est separatus ut in Synod. Nic. 1. can. 5. de Excommunicatione in Ecclesiis Christianis dr inquirendum est an simultate contentione. ἢ Ecclam ἀποσυνάγογοι fierent. In sacris occurrit. c. 16. Joh. 12. c. 9, 22 c. 11, 42. ubi notandum ἀποσυνάγογον, non sensu eum, qui exclusus sit e loco et aede precum, ut accipiant, Chrysost. Hom. in Joh. item Theophyl. in c. 9. 33. 34. Joh. et Nomus in Paraphrasi in cap. 9. Joh. Non divinam attingat in qua Deus invocatur domo et 16 cap. Joh. 2. vos expellent e divina domo. vide βάρον Tom. 1. ad 57. annum.

§ 12. Beza de Excommunicatione et Presbyterio p. 11. Sed Synagogae vox accipitur pro tota universitate seu Eccla idq iterum non sit illgndm qo. qui ẍ synagogam factus ee penitus exul, aut deportandi instar habitus sit, ut existimant Joseph. Scalig. de Emend. tprum l. 5. p. 552 Ludov. Capellus ad cap. 9, 22 Joh. atq alii qui per ejectionem ab Eccla abscissionem generatim exilium et maximam capitis diminutionem illgunt. Sed ibi nihil intelligitur aliud quam separatio à communitate convictus familiaris. Quanquam n. Judaei statuerint Joh. 9, 22. qmlibet qui Jesum confiteretur ee Messiam excommunicari et extra synagogam fieri debere, quod decretum etiam Principes quidam metuebant Joh. 12, 42. equi non tantum coecus ille d. procul dubio multi alii fideles excommunicati erant s. à privatis s. à synedrio. Nihilominus templi et Synagogarum ingressus nullibi legitur, d. contrarium potius manifesto clarum e ex Act. 2, 46. c. 15. 21, 26. à paschatis celebratione quoqs nemo excludebatur, nisi immundi (sub quibus excommunicati nullatenus comprehendebantur) Num. 9, 13. Maymonid. Corb. de Sagrin. cap. 1. et Misna tit. de Sagm. à comparatione item in illustrioribus Festis excipiebantur tam surdi, fatui, minoremes, genitalibus obstructis laborantes, hermophroditi, foeminae, servi, qui nondum manumissi, claudi, coeci, aegroti, senio confecti, et qui se nequiunt erigere ad incedendum Maymonid. l. c. c. 2 et Misnalotigia cap. 1 Reliqui virorum universi ad comparandum obligabantur vid Deut. 31. 11. ubi ao remissionis itidem ves convenire jubentur Maymonid. l. c. c. 3. Universi qui ab apparitionis jure immunes sunt et ab hujus praecepti obligatione exceptis foeminis parvulis et in circumcisis ubi iterum nihil de Excommunicatis, et de peculiari ingressu excommunicatorum in templum jam supra dictum Seldenus de Syned. l. 1. c. 7.

Et huc quoq pertinent voces et phrases aliæ, e.g. segregare ab Ecclia captivitatis Esr. 10, 8. ejicere Joh. 9, 34. 35. et 3, Epla Joh. ψ 10. Baronius ad annum 57. n. 12. item separare Luc. 6, 22. abscindere ad Gal. 5. 12, de quo vid. Hug. Grotium ad c. 6, 22 Luc. Bezam ad Gal. 5, 12. Selden. de Syned. p. 216. tollere de medio. 1 Cor. 5, 2. Confer. Grotius, in h. l. Tollere a. de medio non per mortem ut Tertull. lib. de pudic. c. 14. illigt a. per excommunicationem, cuius oio effectus erant ad mentem Apli ψ. 9. Ne commisceamini formicariis ψ 11. quicquid dicat Selden. de Syned. p. 217.

§ 12. Sequitur Maran Atha duabus vocibus ut vult de Lacorda in adversi s. c. 83. n. 16. ita ut Maran sit una vox, Atha, altera, et juxta alias editiones, vox una Maranatha quæ resurgatur, Cor. 16, 22. à Paulo, juxta quordam e vocabulum Syriacum, ut Grynisius. sic n. Syrus ibi sit Cherem Dnus velit, Arab. legit sit separatus Dominus jam velit. Alii v. legunt Maharamatha qu. sit excommunicatus ad mortem, atq sic Lutherus quoq pertinuit, prior tamen lectio ap. Patres occurrit, hinc Hieron. Antonius aliique explicant per Dnus nr velit, ut et Theodor. Thophyl. in hunc locum August. Epla 178. vertit donec Dominus redeat. Selden. Maranatha syrum e, et interpretatur Dnus nr velit qu. ergo apostolus Aplus diceret, qui non amat Dominum sit perditio i c, pereat in adventu Domini. Alii locutionem illam Dnus venit in sanctis (Judæ 14) multis tanquam Proverbialem referunt, adducenda hic oio sunt verba Baronii ad an. 57, n. 171. causam nigt hujus additionis hanc existimamus, quod Hebræi cum proferrent condemnationis sententiam cum contestatione præsentis divini Judicii facere consueverant

sunt de his Exta Dan. 13. Danielis contemnentis impudicos senes qui de Angelo Domini quædam addit, sic et cæteri judicantes et maledictioni sententiam pronunciantes attentesqs Maranatha Dei præsentia oia judicantis et punientis adesse contestabantur, sicut habetur ψ 9. judicentur gentes in conspectaoe, ut probaretur ee verum, quod scriptu e Prov. 8. per me legum conditores justa decernunt et ~~ista~~ illud: per me potentes decernunt justitiam. huc usq Baronius. Et plerumq ita accipitur, ut aut Epiphonematis (Dan. Heinsius in Exercit. sacris ad c. 20 Joh.) aut admonitionis subjunctæ vicem habeat. Alii tum id Anathemati volunt ee Synonymum. Hinc Joh. Mariana in h. l. utraq vox inquit excommunicatum scat prior Anathema lingua græca posterior Chaldaica ex Maranatha facta est. vox Maranus. videatur idem Mariana de rebus Hispanicis l. 7. c. 6. alii ut Beza Drusius ad c. 9. Joh. 22. et ad cap. 9, 3. Rom. Cornero in prælectionibus de Ecta p. 380. et ad Matth. 18. 17. Buxt. Lex: p. 2466. Tremellius in h. l. np. Paul. Ro Maranatha pro explicativo habet, ut offendatur, quænam species excommunicationis ~~illigendam~~ sit nim. ipsum Schematha quum vocem sic alludendo explicare solent, judæi ut idem sit ac אַתָּה et שֵׁם dominus velit, unde Grotius ad c. 6. Luc. ψ 22. q rarius anathematis ~~Maranatha~~ genus hebræi vocant schammata Deus velit. Nam schem nomen pro Deo dicunt Paulus dicit anathema Maranatha eadem sufficere. Nam מַר est dominus et ea voce dominus oratur, ut quum primum talem maleficu et seductorem tollat ex hominum ~~genere~~ numero. Et hic extremi Anathematis formulam hanc locutionem ee etiam agnoscit dominus. D. Dillher. Tom. 1. disp. p. 309. qua nempe sine ulla spe veniæ extremæ Christi omnium mortalium judicis contemnationi adjudicabitur peccator vid. in l. Feld. l. 1. c. 8. p. 209. ~~seqq~~

§. 13. Pertinet huc quoqs istud quo utitur Paulus 1 Cor. 5, 5 Tim. 1, 20. nim. Phrasis παρα δοῦνοι τῷ σατανᾷ quæ videtur explicare

posse ex 2 Cor. 12. 7 et oio probabile est eâ l. communem integram l. potissimum quoddam ejus adjunctum indicare hanc Pauli phrasin non modo ut ejusmodi à Dæmone obsessus miserabiliter excrucietur, ee intelligendam, d. etiam q. sic traditus Satanæ à Communicatione fidelium haberetur abscissus et excommunicatus, nam eundem incestuosum tollendum de medio eorum Paulus dixerat, hinc Tertull. de pudic. c. 13. illis inquit traditis Satanæ extra Ecclam projectis et c. 20. abjicitur extra civitatem in locum immundum deditus scil. Satanæ in interitum carnis nec amplius reædificetur in Ecclam post ruinam Eodem modo Pauli sententiam explicat Hilarius in psal. 118. Hier. in cap. 17 Ezech. aliiq Baron. ad an. 57. n. 11. Alii id sumunt de potestate Apostolorum, qua impiis tum mortes tum mortem inferre potuerint juxta act. 5, 5. et c. 13. 11. ut Tertull. l. c. cap. 14. Lud. Capellus ad Joh. 9. Seldenus de Synedriis pag. 219.

§ 14. Ἀπὸ τοῦ ἀναθεματος descendit verbum ἀναθεματίζειν quod easdem admittit significationes, quas nomen ipsum devovendi implerumq et consecrandi raro Num 18, 14. Compositum est καταναθεματίζειν unde κατάθεμα de quo Justinus in lib: quæst. et Resp. ad orthodoxos ad quæstionem 120. conferatur Gomarus Pag. 2 operum p. 117. in Gal. 1, 8.

§ 15. Cognatas naturæ voci phrases quod attinet ap. Patres sequentes ferè ~~occurrunt~~ occurrunt: divinam censuram id vocat ut Tertull. in Apolog. c. 39. de idolo. cap. 11. inquit Lanistam arcendum ab Ecclia lib: 2. c. 3. ad uxorem: stupri reos arcendos ee ab omni communicatione fraternitatis de præscriptionibus c. 31. relegare in perpetuum dissidium à yoros Marcionem lib: 4. c. 24. Communicationem interdicere, prohibere ne in Ecclam recipiatur. de pudic. c. 4. et 14. submovere à limine et omni tecto Ecclæ ~~in l. c.~~ dare ϰ Ecclam sacramento benedictionis exautorare nunquam in castra Ecclæ revertere. Cyprianus

eandem censuram abstentionem nominat modò aliis periphrasib. circum scribit, arcere à communione non communicare l. à communicatione cohibere, excludere vel ejicere ab Ecla: abstinere à communicatione, depellere, contemnare in Epla. 62. ad Pompeium inquit spirituali gladio superbi et contumaces necantur dum de Ecla ejiciuntur Baron. ad an. 57. n. 14. Cyprianus qq. ἀναθεματίζατος peculiari nomine abstentos vocat videatur Selden. l. 1. cap. 8. p. 257. 259.

§ 16. Cognatum quoque est Anathemati quod occurrit apud Cæsarem de bell. Gall. l. 6. ap. Gallos n. si qui eorum Sacerdotibus, qui Draidæ dicebantur non paruissent (Penes illos n. erant judiciatam rerum capitalium quam etiam litium et controversiarum privatarum et publicarum) et eorum decretis non stetissent, sacrificiis iisdem interdicebatur. Erat hæc poena apud illos gravissima, nam quibus sic interdictum erat, ii numero sceleratorum habebantur ab iisdem omnes decedebant, aditum sermonemque fugiebant, rati nempe quacunque levi cum iis communicatione eorum contagione affici. Insuper nec iis. Jus petentibus reddebatur nec etiam honos ullus exhibebatur. Romanorum quoque exilium quo exulibus aquâ et igne interdicebatur, huic etiam pœnæ simile esse apparet vid. Nicol. Anton. de Exil. l. 1. cap. 7. n. 11. et Baron ad an. 57. n. 13. qui id quoque huc refert, quo quidam olim Diti devovebantur seu diris præcipuè v. huc referenda est ἀθημίας s. infamiæ illa poena Attica, marito adulteram damnatam retinenti parentes pulsanti aut non alenti, aliisque flagitiosis irrogari solita quæ consistebat in τὸ ἐγγεγράφθαι τῶν νομι-

Juliani Apostata Excommunicatum ad amitiam Christianorum commendat suis sacerdotib. ut q. vehementius deliquerint, pro culpae gravitate gsiluto tempore ab sacrorum commercio peculiis caeteros abstineant. Bocl. Ae. 361.

nam, jure patrio exui, adeo ut tales non solum tum à Magistratibus arcerentur, tum à sacris communionibus, verum etiam eo usq pristino vitae commercio privarentur, ut plane tum qu. exules in Patria haberentur, tum impune etiam occidi possent, de qua vide prolixe Selden. de Syned. c. 10 pag. 202. seqq.

Sectio II.

Historica Theologica

Cap. I.

De Causa efficiente Anathematis.

§ 17. Cum igitur vocabulum Anathematis sectione superiori clare satis fuerit explicatum, jam nihil super est aliud, quam ut ad rem ipsam accedamus propius, anathematisque naam, prout illa sese ad manifestos peccatores et haereticos in Ecclesia hactenus exercuit, brevissime et quantum per angustiam temporis licebit declaremus. ita ut (1) definitionem (2) causas (3) objectum et (4) Effectus ejusdem proponamus. Anathema ergo generaliter et abstracte sumptum est separatio unius vel plurium ecclesiae membrorum ob scandalosum crimen in vita aut heterodoxam professionem in fide à communione sanctorum, ut et sontes resipiscant et alii cautiores fiant.

§ 18. Causa efficiens est 1. principalis vel minus principalis. Circa principalem 2plex fuit et est etiam num inter eruditos Theologos sententia, altera eorum, qui jus anathematis divinum esse ac Evangelicum volunt: altera illorum, qui poenam hanc jure tantum ac mixto arbitrioque humano fundari statuunt, adeoque pro eodem arbitrio

juxta varias regiminum formas posse temperari, admitti, omitti, resici, revocari; Prior sententia à Pontificiis ~~à Pontificiis~~ defenditur, potissimum; inter Reformatos tamen Beza qq. eandem peculiari tractatu de vera excommunicatione et presbyterio contra Thomam Erastum defendit, cum quo Calvinus consentit in Institutionibus l. 4. c. 11. Confessio negs Helvetica, Gallicana, Bohemica, et Belgica olim, cum quibus et ~~naturales~~ Fratres hac in parte concordant Hulsem. vid. de Correpl. frater. p. 242. et ad hoc jus divinum jam olim provocatum est. Unde Cyprianus in Epla ad Pompejum 62 vid. quoque Exptu 40. 55. 65. nec putent, inquit sibi vitae aut salutis constare rationem, si Episcopis aut sacerdotibus obtemperare noluerint cum in Deut. 17, 12. Deus dicat et homo, quicunque fecerit in superbia, morietur, interfici Deus jussit sacerdotibus suis non obtemperantes, judicibus a. se ad tempus constitutis, non obedientes et tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc et circumcisio carnalis manebat, nunc a. quia circumcisio spiritualis esse ad fideles Dei servos cepit spirituali gladio contumaces et superbi necantur tum de Ecla ejiciuntur. Aliique Patres adducere solent loca de clavibus regni Coelorum Petro ductis Matth. 16, 19. de potestate ligandi et solvendi etiam reliquis Apostolis concessa Joh. 20, 23. vid. Origin. hom. 7. in Josuam. hom. 2. in Judicum. Tertull. lib. de pudic. c. 14. 21. l. 2. ad uxorem c. 2 Cypria. Epla. 27. 54. 73. 75. et lib. de unitate Ecla Catholicae, aliique. Adhuc quoque pertinet ipse Anathematum usus, qui in Canonicis Apostolorum scriptis, hinc inde deprehenditur ad Gal. 1, 89. 1 Cor. 16, 22, ad Gal. 5, 12. 1 Cor. 5, 5. unde non merito concluditur potestatem Eclam circa usum Anathematum omnino esse juris divini, id quod etiam August. Confs. minuit in art. ult. abusuum. in Art. ~~Schmalc~~ Smalcald. in Tract. de prin. Papae § secundus articulus.

quae omnia tamen intelligenda sunt juxta mentem articuli Smalcald.
9. de Excommunicatione ubi haec: majorem excommunicationem
quam Papa ita nominat, non nisi civilem poenam esse ducimus, non
pertinentem ad nos ministros Ecclae. Minor a. quam nominat
vera et Christiana Ecclae est Excommunicatio, quae manifestos
et obstinatos ~~peccatores~~ peccatores non admittit ad Sacramen-
tum et Communicationem Ecclae donec emendentur et scelera
vitent et ministri non debent confundere hanc Ecclasticam poenam
cum poenis civilibus.

19. Altera sententia quae etiam jure hic humano est, nec institutione
divinam admittit, propugnatores quoque habet quamplurimos,
maxime Thomam Erastum vide Selde. de Synedr. c. 10. pag. 326.
et 395 in fine. Ubi alios plures hanc opinionem defendentes ad-
ducit, simulque argta hujus opinionis non pauca colligit, ad omnia
tamen facillime responderi posse arbitramur, si distinguatur
(1) inter Essentiam excommunicationis, quae consistit in separatione
ab Ecclae et inter ejusdem adjuncta, quae pro varietate temporum lo-
corumque variarunt demtaque et adjuncta sunt ex arbitrio Magistra-
tuum. (2) inter id, quod juris et quod facti est. Fieri n. potuit, ut
de ~~verbo~~ facto quaedam sibi arrogaverint Magistratus politici quae
de jure pertinebat ad Ecclam 3. inter similitudinem et identitatem.
Similes n. esse ritus Christianorum circa excommunicationem judaicis
nec non paganis, vix quisquam negabit, eosdem esse vix quisquam ad-
struet. Quemadmodum ergo non sequitur baptismus Christianorum
~~circa~~ quo initiantur qui ingrediuntur Ecclam, similis est baptismus
Judaeorum, quo initiebantur qui fiebant proselyti. Ergo baptismus
Christianorum non est juris divini, ita nec de Anathemate valet
consequentia. In hoc igitur recedimus a Pontificiis quod non esse

ritus anathematizandi juris divini esse statuamus d. multos tanquam mere humanos penitus rejiciamus. Ab Erastianis v. in hoc quod essentiam tamen excommunicationis ab ipso Christo principaliter originem habere sentiamus, nec nimium tribuamus principibus et Magistratibus quod illi omnino facere videntur: vid. 9 Erastum Broemanni system. de disciplin. Eccla c. 5. qst. 7. p. 1004.

§. 20. Causa efficiens anathematis minus principalis l. ministerialis est l. suffraganea: illaque vel ordinaria l. extraordinaria. Ordinaria rursus est vel remota l. proxima. Ecta est remota quævis particularis collectiva, in qua deliquit homo s. scelestus s. hæreticus. Regulariter n. anathematis fulmen non vibratur nisi in subditum, unde ad evitanda mala ἀλλοτρωεπισκοπίας a quibus conciliis antiquioribus constitutum sunt certi Ecclesiarum limites quibus non tantum diœceses patriarchales, metropolitanæ, Episcopales Ruratesque d. et in urbibus majoribus. e. g. Antiochiæ, Alexandrinæ, Constantinopoli parochiæ distinguebantur earumque juris dictiones certis finibus terminabantur, id quod patet ex hist. Conciliorum, Niceni, Constantinopolitani, Calcedonensis, Carthaginensium aliarumque vid. Marc. Anton. de Dominis de Republ. Ecclesiastica lib. 2. cap. 5. lib. 3 c. 3. lib. 4. cap. 6.

§. 21. Efficiens ordinaria proxima est Ecclæ Synedrium. Ecta repræsentiva. quamvis n. potestas ligandi et absolvendi omnibus Pastoribus Ecclæ in totum competat juxta Joh. 20, 23. in cognitione tamen et sententia circa innodationem publicè flagitiosorum, quoad Exercitium correquiritur consensus plurium, tam ob superius quam ob certius judicium vid. Hulsm. Breviar. c. 19. Thes. 11. et de corrept. sat. pag. 258. n. 18. Nam juxta Matthæum 18. 17. ut quis pro Ethnico et publicano habe-

atur totius totius Ecclæ suffragium requiritur et 1. Cor. 5, 5
Paulus inquit, Ego juncto meo et vestro spiritu decrevi ex-
communicare incestuosum. Hinc etiam Apostatæ et Hære-
tici convictiolim decretis synodicis ab Eccla extrudebantur
âgs communione penitus depellebantur ut habet Euseb. l. 5. c. 19.
ac nominatim Paulus Samosatenus in synod. Antiochenâ Eus. l. 7.
26. 29. aliigs hæretici in Conciliis aliis.

§ 22. Quanquam negari nequit in historiis occurrere exempla non
pauca eorum qui autoritate saltem Episcopali ab Eccla rep-
cti âgs communione sanctorum separati sunt, atqs sic Babylas
Episcopus Antiochenus nonnulla Ecclæca potestate publica et
privato zelo â sacris aditis repulit Decium Imperatorem,
ut habet Baron. ad an. 253. n. 128. è Chrysostomo. Sic Alex-
ander Alexandriæ Episcopus Arium, Achillam et reliquos ejus
complices ab Eccla Communione separavit. Theodoret. lib. 1.
c. 3. sic Athanasius præfectum quendam Lybiæ apud Basil.
Epla 47. Ambrosius Theodosium Imperatorem Theodor. l. 5. c.
Hist. Tripart. l. 9. c. 30. Idem Imperatorem Maximum ap. Spon-
danum ad An. 388. n. 5. Chrysostom. Eudoxiam quod vineam
abstulisset viduæ cujusdam Theognosti viri Consularis, qui
iniqua bonorum publicatione et relegatione damnatus fuerat,
cum uxore et liberis spondan. ad an. 401. n. 9. Augustinus Bo-
nifacium totius Asiæ Prokegem, quod Reum quendam per
vim ex sacro Asylo retraxerat, ut nihil jam dicam de pon-
tificibus qui potestatem excommunicandi fere solis sibi ar-
rogant. Inveniuntur tamen qq. exempla inferiorum ordinis Ecc-
siastici, qui hoc Jure usi sunt. vid. Theodos. Juniorem excommu-
nicavit monachus quidam ap. Theodos. ~~an. 425. n. 16.~~ lib. 5.
c. 36. Niceph. lib. 14. c. 3. Baron. Tom. 5. ad an. 425.

n. 16. Nec non solutione non egere existimavit, Imperator utramqs excommunicationem ejusmodi nihil fecisse ei assereret Episcopus Constantinopolitanus qui eum etiam solutum pronunciabat, sed ejusmodi solutione non contentus Imperator ab Episcopo impetravit, ut potestas solvendi ab eo Monacho fieret qui magno labore conquisitus tandem eum absolvit, imo vero in legib. Princip. qq. occurrit non raro hoc poenae genus non tantum ut comminatoriae, sed etiam ut judiciariae Epta qm plurima inveniuntur in Codice Theodosiano lege 6. lib. XVI. tit. 4. etc. lege. 10. 11. 1. 14. 40. in primis lege 27. 10. tit. 2. etiam Justianus ipse saepissime suo nomine has formulas adhibet Anathematizamus et amathematicentur, Et sub excommunicatione fiet et Anathema fit ut liquet ex edictis leg. 3. 5. 6. cap. de summa Trinitate edicto de fide vid. Baron Tom. 7. ad an. 533. §. 9. et an. 546. §18. nec non Carolus M. et Conradus 1. Imperatores similibus usi sunt formulis a p. Goldassum Tom. 2. Constit. Imperat. P. t. p. 210. plura vid. a p. feldn. p. 318. seqq. de quibus omnibus tamen sobrie semper dubitandum. Non q in administratione disciplinae hujus Ecclastica omnem plane locum negemus Magistratui politico quod asserit Osserodus Instit. Germ. c. 29. p. 195. in quo consentiunt Arminiani et Anabaptistae Brochm. syst. de Disciplina Eclastica p. 994. et 996. Sed ne ad interiora ejusdem admittantur ii, quibus externa tamen potestas competit: Consulendus hic omnino M. Henrici vestringii discursus Theol. de potestate Ecclastica.

.23. §. 23. Pontificii alioqui in potestatem excommunicandi tribuunt ante omnia Pontifici, deinde Concilio generali postmodum provincialibus etiam Conciliis, nec non cuilibet Episcopo in eos quorum judex est ordinarius, denique ad praelatis Ecclesiasticis dummodo exerceant aliquam jurisdictionem in foro exteriori vid. Beyerlinus. p. 467. f. a. lit. E. Nos vero ut dictum hic plures requirimus nisi increpandi sint tales, qui pro haereticis jam sunt declarati, dum n. cuilibet pastori licet in clamo

mare lupum, nec prohibitum e ulli Doctorum anathematismis
petere heterodoxos modo quis primo officium Elenchticum re-
cte queat administrare, quomodo n. damnabunt adversarios illos
quibus eorum doctrina non rite est perspecta, quique scripta illorum
saepe non legerunt nec perpenderunt legitime? tria namque ad talem
requiruntur Elenchum (1.) dijudicatio quae consistit in accurata
cognitione rei controversiae, et excellentiae argumentorum utriusque
partis critur (2) refutatio sententiae falsae ex solidis scriptae funda-
mentis petita (3) admonitio ad auditores ut veram sententiam
fideliter complectantur, adversam a. tanq. verbo Dei contrariam fu-
giant ac detestentur, quorum qui sibi non est conscius, ibi satis
erit, aliis muneris sui partibus diligentibus perfungi, Elenchum
peritioribus committere (secundo quoque requiritur, ut quis a con-
lumniis abstineat, quae prohibitae sunt expressis scriptae verbis Lev.
19. 16. nec adversariis errores affingat, quorum convinci neque-
ant aut recte ab iis dicta depraventur, iisque alienum sensum affin-
gat aut peregrina dogmata ipsorum scriptis inserat. Id quod Mar-
tinus Bucerus de se et complicibus ipsi fatetur in Epla ad Groman-
drum ao 1538. edita. Tertio necessarium e, ut qui condemnare vel
opiniones haereticas omnem privatum affectum seponat, nihilque ex
odio personae, nihil in gratiam alterius nihil privati commodi l. qua-
riolae causae proferat, sed adversariis simul veram conversionem ejus
precetur, praesertim si in errore natos sciat, sic n. Chrysostomus in
Hom. de Anathemate, dogmata impia inquit ab haereticis profe-
cta arguere et anathematizare oportet, homini a. parcendum et
pro salute ejus orandum. Et August. serm. 51. de verbis Dni: in mon-
te; Non eis irascamur, ait, d. pro eis oremus, ut det Dominus

eis intellectum, quia forte hoc nati sunt. Quid ē hoc nati sunt? hoc acceperunt à parentibus suis quod tenent, absque convinciis igr in rebus fidei certandum ē. vult n. Apls servum Domini mansuetum ēe erga oēs in lenitate corripientem 2. Tim 2. 24. cum quibus tamen omnibus istis qq. Zelus optime potest consistere, qui oritur ex consideratione impietatis, quam doctrina falsa importat ex insigni periculo, imminet Ecclā si doctrina illa tolleretur ex pertinacia item adversæ partis, cui sæpe adhærent homines qui monstratæ veritati cedere nolunt, et furentes ruunt ad interitum, multorumque animas secum rapiunt, vide de his omnibus disserentem B. Balduinū in disput. de Anathematismis num. 37. sq.

§. 24. § 24 Extraordinaria Anathematis cāa ē interdum Ecclā alia cui damnandus tamen subjectus non est, atque hujus gris casus existere possunt, varii (1) nempe si extrusus à suā Ecclā provocat ad plures quam provocaōem etiam concedit Synodus Nicena, Car. 5. et fusius deducit Athanas. Apol. 2. f. 576. quaque usi sunt Novatus Pelarguisque ex ~~[illegible]~~ Africa et Palestina Romā provocantes aliique hæretici olim. (2) si periculum immineat et gregi nrō, tunc n. Ecclæ exteræ et Episcopi extranei per conscientiam obligantur succurrere pressis Ecclesiis per defensionē orthodoxæ et damnationem heterodoxæ doctrinæ partim ad præservandum gregem suum partim ad præservandos et liberandos alios idque ex necessitate, tum extrinseca s. totius integralis homogenei, cujus hormoniam conservare tenentur oēs et singuli doctores. Hinc etiam Lucifer Episcopus Calaridunus in Sardinia. Eusebius Episcopus Vercellensis in Italia et Hilarius Episcopus Pritaviensis in Gallia damnarunt Arrianos in Ecclesiis Ægyptiacis et Illyricis latrocinantes sic Synodus Romana quam congregaverant Damasus et Petrus

Alexandrinus Episcopi damnavit Apollinaris Episcopi Syri
doctrina Ruffinus lib. 2. cap. 20. conf. Basil. Epistolam 18.
48. 51. 55. Theodoret. l. 5. c. 4. Marc. Ant. de Dominis lib. 2
de Republ. Ecclesiastica c. 7. sic Theodoretus refert l. 5. c. 34
Episcopos Europaeos separasse se a Calumniatoribus Chrysostomi
etsi Orthodoxis, qui in Exilio mori ipsum coegerant. Aug. Episc.
Hipponensis Donatum Episcopum Carthaginensem Pelagium nam
Brittannum Doctorem Romanum. Manichaeis etiam in Aegypto et
Arabia degentes damnavit. Hieronymus circa Bethlehemum
habitans Ferrinianum Monachum Romanum et vigilantium
Gallum Pelagium Brittannum refutavit, sic quoque nostro aevo
Calvinianis Beza in Sabaudia contra Joachimum Westphalum
Tilemannum Heshusium et Nicol. Selneccerum insurrexit Daniel
Tossanus Doctor Heidelbergensis 9 Articulos visitatorios in Missis
scriptos Paraeus Sibrandus, Lubertus, Jacobus ad Portum Phobiniani
in Transsylvania et Polonia invaserunt ~~et polonia~~. Neque quam
igitur vel πολυπραγμοσύνη vel ἀλλοτριωεπισκοπία est si et
nostrates interdum exterorum Theologorum Heterodoxiam condem-
nent. Quamvis n. negare nequeat, quamvis Ecclesia ministrum suum
habere gregem cui attendere debeat 1 Petri, 5, 2. negari tamen
et sic non potest errorem in doctrina verbo Dei contrarium
semper refutandum esse sive procul sit s. prope. Cum haere-
sis instar Cancri serpat et tandem etiam remotissima membra
corporis invadat nisi mature occurrat Medicus. Et quis
in posterum audebit redarguere Pontificos si Allotriae pos-
piae reus sit, qui contra Exteros Doctores anathema parat
non igitur non prius arcendus est lupus, quam cum jam in medio
eorum lanceam suam exercet? an polypragmosynes arguenda sunt

ii cives, qui ad incendia etiam procul ab ædibus suis exorta concurrunt? Atqui Ecclesia Catholica similis est Civitas in qua Ecclæ particulares oes unitate dnæ fidei et confessionis ita sunt conjunctæ, ut à se invicem separari non possint? an dormiendum igr hæresium incendiis exortis donec proximus ardeat Ucalegon. Etquamvis Apli non simus, quibus commissum erat in universo mundo prædicare Evangelium, Ministri tamen sumus, quibus data e ptas, docendi et refutandi hæreticos ubicunque sint locorum, quod sane Paulus Tito et Timotheo sæpissime expresse injunxit 2. Tim. 3. 25. ad Tit. 1. 10. quod id quoque de Ephesinis et Cretensibus Pseudo Apostolis tamen, procul dubio non intellexerunt vid. Leonh. Hutter. Calvin. Aulicopolit. alter. c. 2. p. 117. p. 140. seqq. Balduin. diss. de Anathem. 96. Hulsem. de Correpl. frat. p. 252. seqq.

§. 25. 25. interdum etiam extraordinaria caa anathematis existit populus in quem vel silentibus l. heterodoxis Episcopis, Diecæsanis l. vicinis oio devolvitur necessitas separandi Episcopos à Consortio suæ Comunis l. privative ut si Episcopus jam constitutus deficiat l. negative si non admittatur constituendus, quidam heterodoxus; sic populus Alexandrinus separabat se à Conoe Georgii Cappadocis, qui obtrudebatur in locum Athanasii: sic plebs Hierosolymitana separabat se ab Episcopo suo de hæresi Origenis suspecto. sic Populus Constantinopolitanus nolebat conare Arsalio in locum Chrysostomi suffecto. Sozomeum lib. 8. c. 23. si populus Samosatenus Eunomio Arriano, Harrogato, Eusebio Orthodoxo ibidem nolebat conare Theodoret. l. 4. c. 14.

§. 26. 26 Quanquam populus alicubi etiam mr ordinarias anathematis denunciandi eaas numeratus fuisse legatur. De Carthaginensibus n. et plebe Africana testatur Cyprianus l. 1. Epta 2. et lib. 5. Epta 125. q in Eccla etiam constituta datur orthodoxa concurrentem concionem de meritis et qualitatibus excommuni-

candorum et absolvendorum habuerint et suffragium quidem affirmativum s. assertivum tacite tulerint facultatem a negativam ferendi palam exercuerint, ubi de Eccla Romana quod uti excommunicatio fieret cum consensu plebis, ita absolutionem oporteat nisi caute tractari, consultis omnibus Episcopis, Presbyteribus, Diaconis, Confessoribus et ipsis stantibus Laicis. Tertulliani etiam ætate suffragia populi accessisse patet ex Apolog. c. 39. D. de his omnibus prolixius Hulsem. de Correpl. frat. n. 442 pag. 242.

§. 27. 27. Suffraganea Anathematis causa est universa Catholicæ Ecclæ rati habens id, quod significavit pars homogenea. Solebant n. Excommunicatorum nomina Episc. aliis perscribi ut patet ex Epis. Alex. Alexandrini de Arrio ad univers. Episc. orbis apud Socratem l. 1. c. 3. et Epiphan. hæres. 69. Basil. Epla 4 b. ad Athanasium; Hinc inter Niceni Concilii Canones et nunc refert Ruffinus l. 1. c. 6. nequis excommunicatum ab Episcopo suo recipiat s. Laicum s. Clericum sub poena ejusdem censuræ, quod in Concilio Antiocheno, Granyrensi Carthaginensi 4to aliisque confirmatum est. Atque inde origo literarum formaturum et specificarum de quibus Concil. Laoticeum Imum Can. 44. Et Epiphan. hæres. 69. et Theodoretus lib. 1. c. 4.

Cap. II.

De Objecto Anathematis.

§. 28. 28. His de Anathematis causa efficiente breviter annotatis de materia circa quam s. de objecto nunc dicendum est aliquid. quod est h. l. homo aliquis vitiis scandalosis, tum in doctrina, tum in moribus immersus, iisque pertinaciter et incorrigibiliter indulgens ut constat Exemplis, in cestuosis 1. Cor. Hymenei Philesi, Hermoginis aliorumque blasphemantium Cælestem veritatem 1 Timoth. 1. 20. 2 Tim. 1. 15. c. 2. 17. ubi notan

quod ut in omnibus aliis ita et in hoc objecto duo occurrunt Materiale nimirum et Formale. Materiale est homo formale quat. pertinaciter sceleratus l. hæreticus, atque hoc objectum interdum totum simul Anathemate petitur interdum ex parte et quoad formale tantum.

§. 29. 29 De hoc ipso excommunicato id notandum, quod primo inauditus excommunicandus non sit. Christus n. ipse in privatis offensis causæ cognitionem præcedere et fratrem offendentem audiri vult antequam Ecclæ significetur Matth. 18, 15. Conf. cap. 11. 7. 8. c. 16, 6. 12. 22. 34. 46. et Syracides monet c. 11. 7. 8. Deut. 17. 4. 11. quod probe sit cavendum ne ejus excommunicatione majus aliquod damnum inferatur Ecclæ de qua vid. totus liber 3. Augustinus. Epistolam Parmeniani Donatistæ. Ex intempestiva n. excommunicatione orta sunt Schismata non pauca, Melchanum, Apollinaristarum. Qui ~~[illegible]~~ ap. Socrat. l. 1. c. 5. l. 2. c. 46. l. 3. c. 5. 6. 9. 16. ex victoris excommunicatione intempestiva oriebatur Schisma inter Ecclas Orientales et Occident. Eus. lib. 5. c. 24. seq. vid. prolixe de hoc Hulsem. de correpl. frat. n. 262. adam. 272. Sæpe quoque periculum propagandæ hæreseos unde existit, quæ causa erat, ob quam Episcopi Catholici unum alterumve notorium Arrianum non excluserint e coetu suo, nempe quia Arriani reliquis concivibus amicitiæ, cognatione, affinitate conglutinati erant à quibus corporaliter separari non poterant, aut si separarentur eos cognatos secum in hæresin abducturi erant, accedit, etiam periculum aliquando ob plebem Doctori cuidam hæretico nim. adhærentem, cui si intempestivâ excommunicatione secludatur ille, inficiuntur scrupuli inextricabiles, vocatumque in dubium salus parentum lavorum Conjugum, concituntur æmulationes, odia, simultates

nis familiam, urbes oppida, Magistratus, Consiliarius, ut non ra-
toti Reipubl. extrema immineat pernicies; hinc maximè cave-
dum circa excommunicationem Regum, ne consequentia mala Ec-
clesiæ sint intolerabilia quam toleao uniqz l. paucorum sce-
ratorum. Cum n. Chrysostom. excouaret Eudoxiam sibiqz hoc fa-
cto pararet exilium; spatium omnino et locum Arianis nimium
relinquebat disseminandi dogmata sua. Theodoret. lib. 5. c. 7.
Cum Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus excouaret
Bardum, Michaelis Imperatoris Patrum ob Bigamiam hic
à Zyziceno Episcopo præcipiebatur ingentemqz Ecclæ cladem
inferebat Vulgosus lib. 1. c. 8. præstabat igr Tarasium Pa-
archam hic Imperatorem excommunicarent et Monachos in schi-
pellectos virgis et exilio exponerent Imperatore ne quicquam
emendato. Baron. ad ann. 795. n. 69. et 75. præstabat Theo-
dosium Imperatorem impedire extrusionem Johannis Antiochi-
ni Nestoriani à Synodo Ephesinâ excommunicati, quam
ut totam provinciam everteret et Nestorianos in perti-
nacia confirmaret. vid. Baron. ad ann. 443. n. 7. à quo igr
et quamdiu imminet Ecclæ idem periculum quale et quan-
tum à Regibus Principibus, Dynastis aliisqz plebem sibi adhæ-
rentem ducentibus si excommunicantur imminet, ab eo excom-
municando tamdiu abstinendum quamdiu periculum schiena-
tis durat.

§ 30. 30. solent tamen aliquando hoes non ipsi, sed eorum sal-
tem dna aut scripta excommunicari, aut anathemati no-
tari. Sic Epla Ibæ ad Marin Persam. Anathematizanda in
Edicto Justiniani de fide. vid. Baron. T. VI. ad ann. 546. n.
Sic Humbertus Episcopus Candidæ cæsæ et Petrus Amulvitanus

Archi Episcopi scriptum Michaelis Patriarchae de Sabbatho nuptiis sacerdotum aliisque anathematizarunt in Bibliotheca Patrum Parisiens. ac 1624 edit. Tom. IV. P. 2. p. 250. Academia Parisiensis quoque et Archi Episc. Cantuariensis aliquot damnarunt et Excommunicarunt opiniones aliquot Thomae Aquinatis ipso adhuc vivente. Guilielm. Occam Dialog. de haeresit. P. 1. lib. 2. c. 19. atque hac ratione rationalis Philosoph. et Metaphys. Aristotelis per Avicennam et Averroem expositae longo tempore Parisiis excommunicatae fuerunt. Seldenus p. 312. seqq. et 515. seqq., atque hac ratione Anathematizandi etiam usitata est apud ~~sacerdotes~~ saracenos, ad veram fidem conversos est quorum Catechesi Kircherus tradit sequentia in oedip. Anathematizo et illam praecationis domum in Marike in cujus medio jacere ajunt lapidem magnam veneris effigiem in se habentem, honorari a. istam lapidem qu. Abraham super eo cum coierit aut Camelum ei allegarit cum Isaacum esset sacrificaturus. Eos a. q. precatum illuc ent, ferunt alteram manum ad lapidem extendere alteram v. barem suam tenere. Atque ita in orbem sese circumagere donec e vertigine affusi tenebris concidant. Erant a. illic septem lapides alii, qui a Saracenis jaciebantur contra Christianos de quibus sic Catachesis Saracenorum. Anathematizo inquit fabulam Mahomet, in qua dicunt esse Deo domum orationis ab Abrahamo et Ismaele in Mecha (Macke) oraturum observationis s. vaticinii extructam et mandant, ut cum sint tibi orantes vertant facies suas versus partem istam Anathematizo etiam ipsam Mecham et circuitum ejus et 7. lapides ibi conjectos ij Christianos a Saracenis. in oedip. Syntag. et c. 16. p. 370. isteque ritus hetero-

doxas opiniones contemnandi etiam in nostris Ecclesiis receptus est vid. praef. in form. Concord. plagul. 6 §. ad Condemnationes hinc etiam usq harum phrasium: Rejicimus et damnamus omnes haereses, reprobamus et damnamus omnes sectas, rejicimus et unanimi consensu damnamus errores, dogmata, quae passim in Formula Concord. sunt obvia.

§. 31. §. 31. Hic notandi sunt duo gravissimi Errores, eorum nimirum qui circa excommunicationem l. in defectu l. in excessu peccant. Repertin. jam olim sunt, qui anathematismos sanctorum et orthodoxorum Patrum ij haereticos etiam in oecumenicis Conciliis factos ferre non potuerunt. Quemadmodum Johan. Antiochenus in Concilio Ephesino non tm anathematismos Cyrilli improbavit, sed etiam Cyrillum ipsum et Mnemonea deposuit vid. Acta Concil. Ephes. Tom. 3. c. 1. et T. Conciliorum. 1 f. 775. et Sozomenus l. 4 c. 17. refert in Synodo Ariminensi Valentium Ursatium, Germinium Huxentium, Gajum et Demophilum postulasse ne dissidia et seditiones moverentur, sic tempore intermisso suaserunt aliqui, ne quid pro concione nominatim contra Papam proponeretur ie ne Papa Episcopi, monachi Missa expresse nominarentur, multo minus damnarentur, Imprimis Calvinianis prorsus intolerabile videtur tum quod excommunicationem legitimam et hodie restitui posse dicamus vid. Aritum. in Problemat. Theod. p. 638. in fol. in Arma de Excommunicatione et hunc refutantem Paulum Tarnov. in dissert. de Clavib. regni Celorum plagul. C. tum quod in Confessionibus nris adversariorum dogmata damnamus, hinc libro Chrae Concordiae eo nomine tam infesti sunt ut querelarum fere nullus sit modus. Inde Censores Hassiaci et Autores orthodoxi consensus offenduntur verbo condemnandi, Regina Angliae Electoribus Saxonico et Brandenburgico ac

1578. per legatum conata fuit dissuadere ne condemnationes adversariorum permitterent. Neostadienses in admonitione toto cap: 7. testantur quam aegre ferant errorum condemnationum, imo Electores Brandenburgici non raro publicis edictis anathemasmos et condemnationes Ecclesiasticas in suis quae orthodoxae adhuc Ecclesiis prohibuerunt. Solent hic nobis obiicere Politici (1) eos qui dictis modis condemnent esse durbatores rixosos homines, contumeliosos in bene meritos viros et in totas Ecclesias qui sub crimine ingemiscant magnasque perpessae sunt persecutiones. (2) multos esse infirmos qui hujusmodi clamoribus, quos in simplicitate sua relinqui satis esset, quam disputationibus illis involvi. Nec fas esse eos qui male docent, ludibrio et odiis populi exponere, ministrum Ecclesiae non agere cum personis ut illi confundantur, d. eum vitiis. (3) Obiiciunt pacem et tranquillitatem publicam quam hujusmodi condemnationibus impediri putant. (4) Se consentire nobiscum in fundamento, in opinionibus a. et phrasibus, tantum quibusd. a nobis discrepare, credere n. se aeque atque nos ex gratia Dei per fidem in Christum salvari. (5) Se nondum esse citatos, nondum auditos, nedum convictos, iniquum a. esse tales damnare. (6). Cuilibet ministro suam esse commissam Ecclesiam, qui extra illam vivant nihil pertinere ad ipsos, nos non esse Apostolos novos (7) Politici etiam nostrates obtendunt ap. adversarios nihil profici furorem hostium accendi periculum ministerio et Ecclesiae creari ad remotionem orthodoxorum et substitutionem aliorum occasionum dare, parcendum ergo esse auditoribus melius esse aliquam habere Ecclesiam quam omnino nullam, sed respondemus ad (1) sub rixarum contentionum et convitiorum generibus refutationem et condemnationem falsae doctrinae non contineri nec ullibi

à nobis condemnari Ecclas integras. Ad (II) infirmos raõe ignorantiæ ee docendos raõe v. dubitationis ee confirmandos, si quidam offendantur, ee scandalum acceptum, cum condemnatione hæreseos legitima directa sit in salutem auditorum, non in scandalum, cum personis quoque rem ee ministris Ecclæ, cum et Christus nominaverit Sacerdotes et Phariseos et Paulus pseudo Apostolus. Ad (III) cum pace conjungendam ee veritatem juxta Zach. 8, 19. hinc benè Hieronymus: Volumus et nos pacem, et non tantum volumus; sed et rogamus, d. pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitiis, pacem in qua non bellum. Pacem v. quæ fisum jacturâ veritatis maledictam ee ait Lutherus in Epla ad Gal. Ad (IIII) Respondemus negando in aprico n. e quam falsa doceant de lapsu primi hominis de voluntate Dei, de caa peccati, de reprobatione, de persona Christi, de communicausa idiomatum, de Baptismo, de Cœna. Quæ omnia fundamentum fidei concernere jam toties inculcarunt Nostrates, quibuscunque cum Calvinianis de pace fuit negotium et quod de Fide apponunt, nec id quidem oio verum e (1) quia fides earum non fertur in totum Christum (2) quia passionem contribuit toti concreto (3) quia eandem derogant infantibus (4) quia quidam absque ea salvatos statuunt gentiles quosdam et quæ sunt hujus generis errores: Ad (V) concilium generale iniquissimè hic postulatur cum impossibile sit id convocari auditi tamen sunt in scriptis in Colloquio Marpurg aõ 1529 in Comitiis Aug. aõ 1530. in Conventu Smalcald. 1531. Wittenb. 1536. in Colloquio Ratisbonens. 1541. Maulbrunnensi

1564. Mompelgartensi 1586. et convicti sæpius eum fuerint convictos tamen se nunquam fatebantur. Ad (VI) supra est jam responsum in §. 24. Ad (VII) ~~supra etiam responsum~~ respondemus pacem politicam tantum quæri non conscientiæ instandum esse nihilominus 2 Tim. 3, 13. committique fallaciam accidentis quod n. exacerbantur adversarii ministerio imputari nequit, nec aliter fieri potest, quin cum fremitu exsiciatur Satan, propterea vero minister Ecclesiæ officium suum negligere non debet. Idcirco Petrus hortatur timorem eorum non timueritis et non contur bemini 1. Pet. 3, 14. et Paulus in nullo terreamini ab adversariis quæ illis est causa perditionis vobis a. salutis Phil. 1, 28. vid. Balduin. de Anath. n. 86. ad num. 136.

§ 32. In excessu hic peccarunt qui anathematis fulmine etiam ob causas levissimas c. 9. ob relaxionem comarum ob percussionem clerici, et quæ sunt alii plures. Et ex vindicta potius privata quam censura legitima usi sunt, cum tamen in Concilio Agatensi et Alvernensi statutum sit Episcopus non debere eos qui minimis causis culpabiles esse communicarent: ut habet Wolfius in lectionibus enemorab. cent. 14. c. 4. 6. p. 40. Seqq. 214. Exempla a. anathematis ex vindicta privata et ob levissimas causas immo innocentes vibrati, in hystor. Vitis Pontificum occurrunt quam plurima. vide Onophrium et Platonem Historicas Lyberis et Felicis secandi, Donati et Ursini, Bonifacii et Eudulii et alia passim obvia. Et huc referendi sunt illi quoque qui hac censura Ecclesiastica etiam in res viliores usi sunt. De muribus n. scricibus, locustis etiam avibus ut picis, mo

nedulis quae annulas s. id genus aliud surripuerant testantur
scriptores gravissimi Castaneus Consilio l. Navarrus lib. 5.
cons. 57. aliique sic serta rosarum Nicolaum quendam ex-
communicasse refert ex Thoma Carticratensi lib. 2. c. 1.
n. 18. Novarinus lib. 7. Schediasm. c. 11. n. 51. idem lib. 1. tra-
dit Bernhardum aliquando muscas excommunicasse Beuerl-
inus ex Surio in vita Wolstani refert, Wolstanum Anglum ar-
borem nuciam excommunicasse, quae etiam radicibus exa-
ruerit. Idem ex Ludovico Granatensi narrat populum quan-
dam cujus trunco latro quidem vas argentea abdiderat, cui
sacerdos eum qui vas surripuisset aut retineret excommuni-
caverat exaruisse statim raseus reperto nativitatem viri-
ditatem recepisse. Idem de pane candido per excommuni-
cationem S. Gundisarii Amarantij in aterrimum conver-
so ex Rybadeneyra testatur Beyerling in voce Excom. p. 4[illegible]
Et utinam tam dira fulmina in res istas levia res tantum fu-
issent jaculata nec ob causas multo leviores nobilissimae homi-
luctum, ita tn ut ꝛ sacra publ
privatim Musica habeat, e.g. in
sic rescribi solet ad Nobiles:
PP. Nun wir dann [euer] unth
gnngst statt gegeben, So werdet
solchen [Hauß:] Music, gleichwo
nerhalb eures Hauses, und D
anzustellen, auch nach gemeld
Ehrenwerthe, Vorig ausschreiben,
zu dessen enderung, hinwiede
folge zu thun wissen, damit
bey einiger excess und consequen
nicht zu besorg sey.

Clericis ꝛc Epulas cantare prohibitum c. 62. (

IV. ~~[illegible]~~ Cant. Instrumentalis. 1264

et. Eccl. regtr. d. nisi canonicus Altes & Lector, c. 15. Conc. Laod.

Variat pro diffinite Liturgiae & Locorum. ~~[illegible]~~ Gratim Musicam Eccl. exercent Harmonicam qd. Scholastici cujusq. loci, Organicam v. Organicus publicè ad hoc constitutus, unà cum Musicis Oppidanis, Haußleuth &c.

Scholae porrò cum aliae sint, in qb. tm in Lingua vernacula fundta Fidei cum elementis trariis addiscunt, Teutsche Schulen, aliae ubi LL. Latina & Gr. p. docet, Lateinische Schulen, in Liturgiis minus solennib. & quotidianis, s. profestis, regutr. Musica dirigit à Scholae Germanicae moderatore, In solennib. verò, ut & minus solennib. ubi nullae Scholae Germanicae sunt, à Scholarib. Latinis oib. vel qbusd.

Ord. Eccl. tit. Wirbeln & Wirbeltag p. 27.

Vicissim in Ecclesiis paganis et solennis Liturgiae Musica à Custode & Ludimoderatore German. pagis. gs. Grat. Jrbr. t. ad 1667. §. 23.

Chori secularium & puellarum cantica prohibita in Ecclesiis, Conc. Antisil. c. 9. Conc. Cabilon. Apol. 6. in Trull. c. 62. Isidor. Jalus. c. 19. l. 1. Epist. 90.



RECTOR ACADEMIÆ IENENSIS

JOHANNES VOLK. Bechmann/

Hæredit. in Obern Lobra/ JCtus & Anteceſſor,

Ac PROFESSORES COETERI,

Cvibus Academicis S. D.

Adeſt Feſtum, Chariſſimi, quod *Pentecoſten* dicimus; Veteres, magnis Encomiis ornantes, Ἑορτὴν ἑορτῶν, πάνσεπτον καὶ πανηγύρεως πανηγυρικωτάτην, *feſtivitatem maximæ* &c. appellârunt. Vid. *Euſebius Lib. IV. de V. C. Cap. LXIV, Hieronymus in Ep. ad Marcell. de error. Montani, Et Comment. in Cap. IV. Ep. ad Galat. Beda Homil. de Virgil. Pentec.* In eo igitur ſicut Spiritûs Sancti in Apoſtolos deſcenſum meditamur, ita ejusdem gratiam verè divinam, quam in Eccleſia habuit & habere debet, meritò celebramus. Atque hîc quidem occurrit antiquiſſimus ille Hymnus: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto!* in quo Spiritus S. ita conjungitur Patri & Filio, ut æqualis gloria ei tribuatur; quemque ſcriptores Græci Δοξολογίαν, aut Τριυμνολογίαν; Latini *Glorificationem*; quidam ex illis, ad differentiam Hymni Angelici: *Gloria in excelſis DEO* &c. utpote paulò pluribus verbis concepti, Δοξολογίαν μικράν, i. e. Glorificationem brevem; recentiores Τριμελικὸν Τρισὼ i. e hymnum, Trinitatis gloriam concinentem, appellârunt. De origine autem & autore ejusdem non eadem omnium eſt ſententia. Nam (1) qui Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum id genus hominum veſtigia legunt, initia ejus adſcribunt *Flaviano*, tunc Presbytero & poſteà Epiſcopo Antiocheno. Vid. *Philoſtorg. Lib. III. Cap. XIII.* & ex eo *Sandius Nucl. Hiſt. Eccl. Lib. II. p. 86 dit. pr. pag. 216. edit. ſec.* Quæ ſententia ſi vera ſit, dicendum fuerit, demum nec linante ad finem ſeculo IV. inventum fuiſſe. Atque hoc etiam agunt hymni illius oſores, ut perſuadeant, non poſtèa eo Chriſtianorum, ante Concilium Nicænum viventium, ſententiam de triûs perſonis æquali honore afficiendis, probari. Sed enimverò jam pridem reſpondit Philoſtorgio *Jacobus Gothofredus Differt.* ad illum locum p. 128. oſtendens, neque *Theodoretum*, neque *Sozomenum*, neque adeò alium ullum iſtius ætatis ſcriptorem ei narrationi fidem facere; *Theodorum* verò *Mopſveſtenum* (adiacm etiam Sandius provocat l. c.) equidem videri accedere Philoſtorgio, apud *Nicetam in theſ. orth. fid. Lib. V. cap. XXX.* cùm ſcribit: *Flavianus autem primus cecinisſe fertur, Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto &c.* ſed noſſe improbabile. verba hæc *Nicetam ex Philoſtorgio addidiſſe*, ut non ſint verba *Theodori*, antiqui ſcriptoris, ſed ipſius Nicetæ, recentioris hominis (quippe ſeculo XIII. ineunte viventis) & ſecuti fallacem narrationem ſcriptor Ariani, Philoſtorgii; quam etiam, dubitantis in morem, verbò *fertur*, expoſuerit. Imò verò, ſi vel maximè Theodori iſthæc relatio eſſe dicatur, non tamen prima origo noſtræ Δοξολογίας propterea ad Flavianum referendaerit. Verba ſanè *Flavianum autem primus cecinisſe fertur: Gloria Patri & Filio & Spiritui S.* connectuntur cum præcedentibus apud Nicetam: *Heteroufiaſte quidem certè, hoc eſt Arians, diverſum Filium à Patre ſubſtantiâ eſſe autes, ita cautè ſolebant, Gloria Patri per Filium in Spiritu S.* Unde colligas, poſtquam Ariani hanc formulam Antiochiæ introduxerunt, Flavianum primum fuiſſe, qui ſe illis opponeret: & quia poſt *Euſtathium*, Antiochen eccleſiæ Epiſcopatum tenuerunt homines Ariani, *Eulalius, Euphronius, Placitus, Stephanus & Leontius*: (cujus ætate Flavianus presbyter mutationem hymni tentâſſe perhibetur:) adeoque ſuppreſſis orthodoxis, inter cæteras inetates, etiam hanc pravam Δοξολογίας formulam invexerunt & conſervarunt rectè dicitur *primus cecinisſe* formulam aliam, qui veterem aliquamdiu eliminatam primus reducit; præſertim ſi contextus indicet (quod hîc reveâ apud Nicetam) vocabulum *primus* non tàm abſolutè, quàm habitò certò reſpectu, intelligendum eſſe. Alii (2) hymnum noſtrum à S. Hieronymo, rogatu Damaſi Papæ, compoſitum putant: in qua opinione eſſe *Alcuinum inter de officiis divinis*, ſcribit *Bellarminus Lib. II. de Miſſa Cap. VI. §. Verſiculus Gloria &c.* Monent autem nonnulli, partem illam libri *de divinis offic.* Alcuino adſcripti, in qua locus ille extat; videlicet *Caput de celebratione Miſſæ* eſſe Alcuini: ſicut *Margarinus de la Bigne Tom. III. Bibl. Patr. edit. 2de pag. 1217. & Tom. VI. pag. 1150* citatum Caput adimit Alcuino, & *Remigio Antiſſiodorenſi*, ſub titulo *Expoſitionis de celebratione Miſſæ, ex fide MSti Codicis* tribuit. Hunc tamen Pſeudo Alcuinum ſecuti ſunt *Hugo de S. Victore & Honorius Auguſtodunenſis*; quod obſervavit *Joh. Dallæus Lib. IX. de Cultibus Latin. relig. Cap. V. ſub finem pag. 1193.* Sed hanc de origine Δοξολογίας ſententiam *Bellarminus l. c.* rejicit; *Dallæus, nullo jure repudiari*, affirmat. Ille, ante Hieronymi & Damaſi tempus in uſu fuiſſe contendit; hic, fortaſſe nihil aliud probat, quàm quòd uſus ejus verſiculi in Synaxeos initio non fuerit undiquecantatus ante Hieronymi & Damaſi tempora; fuiſſe tamen aliàs in uſu, non videtur negare: certè non poteſt. Itaque quod nunc (3) dicendum eſt; alii docuerunt, compoſitum eum hymnum fuiſſe in Concilio Nicæno; pro quententia *Walafridum Strabonem*, ejusque ex libro *de Obſerv. Eccl. caput XXV.* allegat Bellarminus l. c. & ipſe eam, tanquam *verissimam*, laudat. Et nos invenimus verba Walafridi *Tom. I. Bibl. Pat. pag. 697. Affirmant multi, hunc ipſum Nicæni Concilii ſacratiſſima ſanctione prolatum, ut omnibus officiis & orationibus intermixtus & ſuæm coæternæ Trinitatis inculcet: & in ſingulis petitionibus ipſa confeſſio meliùs favorem divinæ exauditionis obtineat.* Sedinam illi *multi ſint*, qui iſtud affirment, aut ſaltem paucos ex multis, præſertim antiquioribus, non indicat Strabo. Et *Dallæus l. c.* ſententiam illam contemnit, partim quòd ne ipſe quidem Strabo eam approbaverit, ſed tantùmcenſuerit; partim quòd non ſit credibile, hymnum á Synodo Oecumenica compoſitum nihilominùs non eodem modo ab his, qui Synodum venerantur, eique ſubſcripſerunt, adhiberi, quod tamen negari non poſſit: partimod nemo antiquorum mentionem ullam de tali conſtitutione Synodi Nicænæ fecisſe legatur. Confer *Baron. Tom. III. Annal. ad A. 325. num. CLXXV.* qui ferè eadem urget. Solet hîc equidem afferri Canon Synodi Vaſenſis (qi alii Vaſionenſem vocant) cujus hæc ſunt verba: *Quia non ſolum in ſede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum aſſutiam, quâ DEI filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed à tete capiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt Gloria &c. Sicut erat in principio &c. dicitur, etiam & nos in univerſis Eccleſiis noſtris hoc ita decendum eſſe decrevimus.* Atque hoc decretum Synodi provincialis Vaſenſis put niti decretô Synodi Nicænæ univerſalis. Sed ex adverſo notandum eſt, quòd Patres Vaſenſes non ad decretum Synodi cujusdam antiquioris, ſed ad conſuetudinem undecunque inductam provocaverint. Et quod attinet empus ſanciti Canonis Vaſenſis; ſi *Tomas Conciliorum Dominici Nicolini* conſulimus, inveniemus Canonem illum in *Actis Concilii Vaſenſis ſecundi*, quod habitum eſt ſub imperio *Theodoſii II. A. D. 444.* Conſentit *Barthol. Carranzamma Concil.* pag. 247. 249. niſi quod *ſeptimum* Canonem facit, qui illic *quintus* legitur. Juxta quam ſententiam Canon Vaſenſis centum annis recentior fuerit Concilio Nicæno. *Franciſcus Sylvius in Addition. ad Caranz. p. 47.* notat: *Tria fuere Concilia Vaſenſia. Primum ſub Julio I. ſecundum ſub Leone I. tertium ſub Johanne II. & eorum canones ita ſunt confuſi, ut ſcirs nequeat, qui cujus ſint Concilii, an primi, an ſecundi, an tertii. Fr. Longus à Cano in Summ. Concil. pag. 258.* itidem agnoſcit confuſam rationem Canonum Vaſenſium: ſed tempus trium Conciliorum paulò aliter proponit: eum verò, quem hîc tractamus, primi Concilii Vaſenſis Canonem fuiſſe contô quod paulò poſt Concilium Nicænum, temporibus Julii Pontificis & Conſtantii Imp. fuerit celebratum. Sequitur autem in ea opinione *Baronium* ſuum, cujus etiam citat *Annal. ad A. 325. num. CLXXVI. CLXXVII. & A.* in fine. Idem tamen *Longus* poſteà *pag. 372.* eundem Canonem inter decreta Vaſenſis Concilii ſub Leone Papa I. habiti, quod *vulgato nomine primum*, *reapſa ſecundum* ſit, refert: ut intelligas, priorem ſententiam non planè fitibicine fulciri. *Dallæus l. c.* tempus Conciliiad quod pertinet Canon iſte, *ad A. 529.* refert: juxta quam opinionem tertiô demum Concilio Vaſenſi, adeoque plusquam ducentis annis poſt Concilium Nicænum, ſancitum eanonem illum, dicendum fuerit. Quamvis verò Baronii ſententia de ætate Canonis Vaſenſis adducti, propter verba quædam *Adonis Viennenſis in Chron. ad A. 337.* ibi citata, non improbabilis ſit; quia tamen nihilominùs les ejusdem Canonis non ſatis explorati ſunt; non apparet, quomodo ex eo, quòd illic dicitur doxologia noſtra cum augmento paſſim recepta fuiſſe, concludere liceat, hoc vi decreti cujusdam, in Synodo Nicæna nupeti, factum fuiſſe. Ergò audiamus (4) ſententiam eorum, qui originem hymni noſtri ad antiquiſſimam conſuetudinem, vel ipſis Apoſtolorum temporibus invaleſcentem referunt. Pro qua opinione *Baſilii M. librum de Sp. Amphilochium* adducunt *Baronius l. c. §. CLXXIV. & Fr. Longus à Coriolano pag. 509.* citant autem *capita VII. XXVII. & XXIX.* Et certè in libro illo ll. cc, occurrunt quæ ad rem præſentem pertinent. Atque ut taceamus quæ *VII.* habentur paulò brevius dicta; alterô locô, puta *cap. XXVII.* huc redit diſcurſus paulò prolixior; Quia Baptismus ex Chriſti inſtitutione peragitur in nomine Patris & Filii & Spiritûs S. hinc etiam Chriſtianos, fidem, in i baptizantur, declaraturos, in Symbolo, quod Apoſtolicum vocatur, profeſos fuiſſe, quod credant in Patrem & Filium & Sp. Sanctum: porrò autem & ut etiam extra ſymbolum glorificarent perſonas divinas, in quas, tanquam Deum, credebant, & in quarum nomine baptizabantur, ideò conſuevisse uti hac formulâ: *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto!* Hanc ergò *doxologiam*, aut glorificandi formulam, ait Auctor libri, *ex Patribus ad ſe diſe; quam nos*, pergit, *ex non affectata conſuetudine inter incommutabiles Eccleſiarum ritus permanſiſſe comperimus, non parvam rationem habentem, neque modicam utilitatem ad myſteria vim afferentem.* Idem etiam *Cap. XXX* iquitatem hujus glorificationis, adductis *Irenæi, Clementis Romani, Dionyſii Romani, Dionyſii Alexandrini, Euſebii Paleſtini, Origenis, Africani* & aliorum teſtimoniis comprobat. Equidem verò hîc non ignoramus, *librum di.* qui *Baſilio* adſcribitur, quoad poſteriorem partem, & dimidiam quidem operis, *Erasmo* ſuſpectum & adulterinum viſum fuiſſe; à *Rob. Coco* etiam in *Cenſura vet. quor. ſcript. pag. 245. ſeqq.* multa adduci argumenta, quibus Eranimadverſio confirmetur; ſed tamen ex oppoſito quoque novimus à *Caſaubono Exercit. XVI. ad Annal. Baron. Num. XXXIII. pag. 459* contra Erasmum diſputari; *Rivetum* verò *Lib. II. Critici S. Cap. XX.* malle Caſaubono acc quàm Coco: quæ nunc non eſt examinandi locus. Quicquid ergò ſit de Baſilio ipſo, certè habemus hîc ſcriptorem antiquum & (quod Caſaubonus evincit) ſaltem Damaſceni ætate anteriorem, qui originem hymni nd antiquiſſima & Synodum Nicænam longè antegreſſa conſuetudine Chriſtianorum quæſivit, & ſcriptorum veterum dictis evolutis non obſcurè oſtendit: eamque nos *quartam* ſententiam á prioribus tribus diſtinctam, utiqſtè conſtituimus. Vidimus autem ei accedere *Baronium*, & qui ei ferè à pedibus eſt, *Fr. Longum à Coriolano ll. cc.* Cl. Vir DN. *Matthias Zimmermannus in Analect. Antiqu. Menſe 1. Cap. XXI. pag. 27.* ſcribit: *Illud certiſſimum omnium glorificationis ab Apoſtolis compoſitum eſſe.* Idem *Menſe X. Cap. II. pag. 505. ex Joh. Durelli Vindiciis Eccl. Angl.* plura pro eadem ſententia affert. Atque huic poſtremæ opinioni, quid vetat, quò minùs & nos accedamus; uidem, ut quod de Symbolo Apoſtolico dicitur, hoc idem de præſenti Δοξολογίᾳ enunciemus; eam videlicet, ſi non quoad formam verborum ab ipſis Apoſtolis compoſita ſit, antiquiſſimam tamen, & non tantum Apoſtolicarinæ convenientem, ſed & mox poſt Apoſtolorum tempora Chriſtianis paſſim receptam fuiſſe. Hoc enim teſtimonia Patrum, ſive à *Baſilio*, ſive alio quocunque auctore *libri de Spiritu S.* collecta, omninò evincunt. Separatione verborum hujus hymni, & certaminibus eapropter agitatis, dicemus die aliô. Vos intereà, Cives optimi, in hac feſtivitate Spiritui S. una cum Patre & Filio, non tantùm ore, ſed inprimis piô pectore ac vita ſanctâs atque gloriam decentem exhibete: nec minùs erga Rev. Eccleſiæ oppidanæ Diaconos, qui miniſteriô ſancti Spiritûs funguntur, liberales eſtote. P. P. Feria I. Pentecoſtes A. C. M. DC. LXXVI.

PRELO BAUHOFERIANO.

RECTOR ACADEMIÆ IENENSIS
CASPARUS POSNERUS,
PHILOS. NATURAL. PROFESSOR PUBLICUS,
ET PROFESSORES RELIQVI

Civibus Academicis S. P. D.

ANnus est, ex quo de origine atque auctore Δοξολογίας sive hymni veteris: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.* verba publicè fecimus; tunc videlicet, cùm ad festum Spiritûs Sancti, quod Pentecosten vocant, devote celebrandum vos invitaremus. Nunc, eodem festo revertente, de variatione verborum istius hymni, & certaminibus eapropter agitatis, pauca dicemus. Non enim eam, quam diximus, verborum formam ubique & semper apud hos, qui Christianos se dixerunt, valuisse; sanè fatendum est. *Theodoretus Lib. II. Hist. Eccl. Cap. XXIV.* duas memorat; quarum altera glorificationi filii conjunctionem ET; altera præpositionem PER Filio, Spiritui autem IN applicaverit: nempè ut prioris verba essent: *Gloria Patri, ET Filio ET Spiritui S.*: posterioris, *Gloria, Patri PER Filium IN Spiritu S. Sozomenus Lib. III. cap. XIX.* & ex eo *Hist. Trip. Lib. IV. cap. XXXV.* prioris itidem facit mentionem, sed addit aliam, quâ præpositio IN addita fuerit Filio, ut diceretur: *Gloria Patri IN Filio ET Spiritu S. Nicephorus* tribus illis recensitis, quartam adjecit hanc: *Gloria Patri ET Filio IN Spiritu S. Lib. IX. cap. XXIV. Basilium M. lib. de Spiritu S. Cap. XXVII.* (seu alius auctor est illius Capitis) hanc imprimis formulam velut ultratam commendat: *Gloria Patri ET Filio CUM Spiritu Sancto. Vigilius* Papa (si credimus *Tomo Concil. Dom. Nicol. 7. II. p. 362. a*) *Epist. I.* memorat, quosdam lubdactâ una syllabâ conjunctivâ, dixisse, *Gloria Patri & Filio, Spiritui Sancto.* Vidimus etiam, qui hanc formulam à se observatam; perhibent: *Gloria Patri IN Filio PER Spiritum Sanctum*: nisi forte transmutatæ sunt præpositiones, ut eadem sit formula hæc cum altera illa apud Theodoretum. Quod si verò quæras: unde hæc varietas formularum traxerit originem? & quò loco quælibet haberi debeat? distinctè respondendum erit, pro diversâ ratione temporum. Ante omnia repetimus, quod jam pridem dictum est; originem δοξολογίας primam deberi Baptismo, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti peragi solito: ita ut Christiani, hôc modo baptizati, & ante Baptismum *reddentes symbolum* fidei sibi *traditum* (ut est apud *August. de Fide & Oper. cap. XI.*) haberent etiam formulam glorificandi personas divinitatis, seu exhibendi illis honorem debitum ac divinum; scilicet juxta illud *Basilii* in *epist.* LXXVIII. *Oportet nos baptizari quidem, velut traditum accepimus; credere verò velut baptizamur, glorificare autem, velut credimus, Patrem & Filium & Spiritum S.* Quamvis verò hunc institutio quàm maximè convenerit, si jungerentur personarum nomina intercedente conjunctione copulativâ, juxta indolem verborum institutionis Baptismi *Matth.* XXVIII. 19. quemadmodum tamen ipsum fidei symbolum non eodem planè verborum tenore ubique usurpatum fuit; ita facilè contigit, ut glorificationis quoque formula à diversis diversimodè enunciaretur. *Clemens Alexandrinus Lib. III. Pædag. sub finem*; respiciens procul dubio Δοξολογίαν Ecclesiasticam: *Laudemus*, ait, *unum Patrem ET Filium; (Filium inquam, pædagogum & magistrum) UNA CUM Sancto Spiritu &c. Dionysius Alexandrinus* apud *Basilium l. c. Libri de Sp. S.* ita scripsisse legitur ad cognominem sibi Dionysium Romanum *epist. 2. His omnibus consequenter & nos, formâ sanè ac regulâ à presbyteris, qui ante nos fuerant, transsumta, & concordibus cum ipsis vocibus gratias agere & nunc etiam vobis scribere non desinemus; Deo Patri & Filio Domino nostro JESU Christo. CUM Sancto Spiritu, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.* Ibidem ex *Eusebio Cæsariensi, Origene & Africano* formulæ similes, in quibus præpositio *CUM* Spiritum S. cum cæteris personis connectit, adducuntur: unde ipse auctor antiquitatem ejus formulæ probat. Sanè, quòd sensûs illius orthodoxus sit, neque differat ab illo, quem exhibet formula altera, ubi conjunctio copulativa repetitur; satis firmiter ac perspicuè ostendit. Videtur autem antiquis illis Doctoribus anfam ita loquendi dedisse, quòd Paulus II. *Cor. XIII. vers. ult. κοινωνία τὸ ἁγίου πνεύματος* jungit gratiæ Domini J. C. & charitati Dei quam illi per præpositionem Cum exprimere fortè voluerunt. Nam & ille locus ad ostendendam Trinitatis ὁμοουσίαν adducitur à veteribus, & speciatim in *Expositione Fidei*, quæ inter opera *Justini Martyris* reputatur. De cæteris verò quas memoravimus formulis dubium est, an æquè ab orthodoxis usurpatæ fuerint. *Jac. Gothofr. Dissert. in Lab. III. Philost. cap. XIII.* tres formulas sequentes: I. *Gloria Patri PER Filium IN Spiritu S.* II. *Gloria Patri ET Filio IN Spiritu S.* III. *Gloria Patri IN Filio & Spiritu S.*; *Arianorum fermè fuisse* scribit: & verum utique est, quod addit: primam ex his à *Philostorgio* homine Ariano *maximè laudari, scilicet quæ & inæqualem Patri Filium & Filio inæqualem Spiritum S. profiteretur*: hanc verò *inter Arianitatis, Eunomii & Eudoxii sententiam* fuisse; *nam ut Ariani in commune Filium inæqualem Patri atque ὑπερέχειν dicebant: sinè Filium Patris ἄλλος κατ' ὑπερβολὴν τινα, ita Eunomianorum* hanc *hypothesin* fuisse, *Spiritum Sanctum à Filio creatum, Filioque mittendarium, eumque adeò non ὁμοούσιον esse.* Addit autem postpaullò Gothofredus: *Ergò tres hæ formulæ Arianorum fuerunt, quas ita variè concepere, & quidem in Concilio fermè Antiocheno A. D. 341. ubi Athanasius abdicatus fuit.* Suffraganti autem Gothofredo *Theodoretus, Sozomenus & Nicephorus Il. cc.* & Sozomenus quidem expressè docet eos qui *Patrem IN Filio* glorificandum dixerunt, *per hanc præpositionem IN filium Patre inferiorem ostendere conatos fuisse.* Eum verò planè sequitur Nicephorus, dicens; eos *præpositione interpellâ obscurius secundas partes filio tribuisse. Joh. Bona Card. L. II. Rer. Liturg. C. III. p. 471. Actium Ecclesiæ Antiochenæ diaconum, Arianismi instauratorem primum fuisse* credit, qui hymnum antiquum & orthodoxum *mutaverit, & sic cæteris instituerit: Gloria Patri PER Filium IN Spiritu S.* Nec abludunt, quæ ex Gothofredo adduximus; quandoquidem una & eadem est Aëtianorum & Eunomianorum secta atque hæresis; nisi quod illo nomine primus parens insinuatur, posterius magis famosum fuit. Sed *Lamb. Danæus* ipsi Ario tribuit, quod illi Actio aut Eunomianis adscribunt. vid. *Comment. ad August. de Hæres. cap. XLIX. pag.* 244. quam tamen sententiam, nullo antiquiorum scriptorum testimonio fultultam, facilè suo loco relinquimus. Quis autem reliquas inverit formulas; magis incertum est. Videntur illis præcipuè usi, qui cùm ab orthodoxis pariter & Eunomianis dissentirent, viciniores tamen illis, quàm his, videri voluerunt. Quippe, ut est apud *Nicephorum loc. cit. sententiam, quam quisque de Deo obtineret, in choro stantes ad finem psalmorum declarabant.* Sed quemadmodum Eunomiani aliquandiu præ aliis Arii discipulis caput exseruerunt, ita quoque factum est, ut reliquis formulis ferè neglectis illa, quam Actio auctori adscriptam vidimus, orthodoxorum formulæ antiquiori inprimis opponeretur, & sic quasi tesserâ quadam aut signo publicò pars altera ab altera distingueretur. Neque mirum esse potest, Eunomianos δοξολογίαν illam mutasse; quando idem nos erubuerunt formolam baptilmi à Christo Jesu præscriptam interpolare, ut baptizarent *in nomen Dei increati, & in nomen Filii creati, & in nomen Spiritus Sanctificatoris atque à creato filio creati*; ut est apud *Epiphanium Hæres. LXXVI subfin.* Inde ergo certamina orta sunt satis acerba: & præcipuè observatum est, quòd ex ipsis Arianis *Leontius* Antiochiæ Episcopus, quique Actium diaconum fovit, intelligens orthodoxos ferre non posse illam veteris hymni depravationem, nec tamen à sociis suis abscedere sustinens, cùm δοξολογίαν in cœtibus publicis decantaturus esset, verba controversa mussitando percurreret, ut non audiretur; clausulam autem tantùm *in secula seculorum*, sic protulerit, ut ab adstantibus exaudiri posset, vid. *Theodor. Lib. II. cap. XXIV. Sozomenus* verò *lib. III. cap. XIX.* memorat eundem, cùm non auderet eos, qui hymnis fidei concilii Nicæni consentientibus Deum laudarent, prohibere, (metuens, ne populus seditionem conflaret) tamen manu ad caput, quod jam valdè canescebat, admotâ dixisse, *Hoc nive laqueatâ, multum erit luti*: Eòque significare voluisse, *se mortuo dissuturos illos hymnorum modos tandem in populi seditionem recasuros, quando episcopi qui eos succedèrent, nullo modo passuri essent, itidem sese populi arbitrio in omnes partes circumferri.* Interim de illa formula, quam Ariani seu Eunomiani peculiarem habere volebant, judicat Cardinalis *Bona*, eam sanum & orthodoxum sensum reverâ posse admittere: atque hoc modo etiam à *Leone* Papa & *Basilio M.* fuisse aliquando usurpatam. Et fatendum est, textum illum Pauli *Rom. XI. v. ult. Ἐξ αὐτοῦ, Δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας*; formulæ illi videri posse favere. Sed tamen vicissim constat, Basilium nonnihil adversitatis propterea passum fuisse de quò cum ipse sub initium *Libri de Sp. S. ad Amphil.* tùm *Greg. Nazianz. in* ejus *vita* legi possunt. Confer. *Gothofr. l. c.* Similiter, cùm essent, qui omitterent ultimo loco conjunctionem ET dicentes: *Gloria Patri & Filio, Spiritui S.* mox *Vigilius* Papa illos redarguit, quasi *quis subducta unâ syllabâ conjunctivâ perfectum conarentur minuere vocabulum Trinitatis*: ut est apud *Domin. Nicolaum l. c. Tom. II. Concil.* Et profectò in his talibus cautos esse oportet, qui Ecclesiæ serviunt, ut non solùm doctrinæ ipsius sinceritatem, verùm etiam *ὑγιαινόντων ὑγιαινόντως λόγων* illibatam retineant, & scandala infirmorum, hostiumque insidias præcaveant aut evitent. Atque hæc potissima sunt, quæ de illhoc argumento dicere constitueramus. De parte illâ seu appendice hymni: *sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen*; quæstio superest, utrum illa, in ipla Synodo Nicæna, ad excludendas calumnias Arianorum, qui doctrinam Ecclesiæ de SS. Trinitate novitatis accusabant, communi decretò adjecta fuerit? an aliunde originem, & fortè incertam traxerit? Prius J. *Bona*: *Baronium* secuto, & eruditis quibusdam aliis hactenus placuit. Sed qui ex hoc fundamento negant, *δοξολογίαν* ipsam in Synodo illa sanctam fuisse, quod nemo scriptorum illius temporis, indicium ejus faciat: hi eodem jure negabunt, appendicem illam decreto Synodali adscribendam esse: licet circa ea tempora in usu Ecclesiæ eam fuisse, fortè admittendum sit. Vestrum verò, ô Cives, nunc fuerit, non solùm voces sed & vitâ ad omnem pietatem compositâ, *gloriam* exhibere Deo *Patri & Filio & Spiritui Sancto*: scilicet ut Festum præsens non in delicias corporis; sed in lætitia spiritûs celebretis: quam vestram erga Spiritum S. totamque adeò Trinitatem, reverentiam decenti quoque liberalitate erga Reverendos Ecclesiæ nostræ Diaconos declarabitis. Valete. P. P. Peria I. Pentecostes A C. M DC LXXVII.

TYPIS GOLLNERIANIS.



De Jure circa Jejunia.

1257

I. Descriptio & ratio gratia.

Jejunium est pes Liturgiæ, & actus ejus partic.,
alis, q n. servis vocant, solent jejunii id
facere. Vox Act. XIII. 2. λειτουργούντων δὲ αὐ-
τῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων. & cap. 13. ἐπι-
τιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς.
Ratio gratis, quâ separat à cæteris actibus sa-
cris, qui consistit in abstinentia à cibo aut potu,
in fine gratiæ venit cum religq. Cultus Divini Ju,
dicii cui. dictum post Hüpfm. de Jejun. d. 27.
Clici cui. Gl. Chem. Ex. C. Trid. P. 4. p. 195.

II.

Hinc a. apparet divisio Jejuniorum in Sacra
& Profana S. Civilia, scil. rei civilis, v. g.
parcendæ & colligendæ pecuniæ cui insti-
tuta, gratia Judicis frequentiæ servandæ -
Sacra porrò vel Publica, vel Privata.
de Publicis l. l. maximè tractand. e.
cas & vel Ordinaria, q stato tempore re,
currunt absq repetita indictione, ut Quadra-
o. 49. s. Conc. Cand. Cor. Tol. 8. c. 9.
gesimalia: Quatuor temporum: Protesta-
rum vel extraordinaria, quæ publica necessi-
tas fecit.
De iis V. Hilden. de Sac. Vet. Lit. cum not.
Carranz. p. 28. Clichtov. & Gavel. & Eusebius. jejun.
Caliet. or. de jejun. p. 52. Caliet. de 1934. f. 153.
Quadragesimale Jejun. cur abrogatū in nris
Ecclesiis, V. Hüpfm. de Jejun. d. XXX. 8.
de illo tñ in can. apost. 68. decr. Liberij Pap. Carranz. p. 130.
c. 49. 50. 51. Concil.

...ne in universum, & sc. Dei cultum,
...e. aliis actib. sacris, ut precationi,
...ntia &c accedens, Hüpfm. de
...jun. d. 23.

...vel ob cunctum Principis Viri aut Sebastiæ
...ob mortem sanctis, Davidis it. ob eund.
...aut valetudinem cum, Chrysost. Thom. de praet.
Hüpfm. Disp. de Jejun. d. 5.

...tempus Quadragesimale &c in Ecclesia Græca,
...de retentum &c, esse carnium tum vesci,
...ejq abstinentia alios Jejuniorum &c. Quare
...de hac mox &c in tit. de Liturgia &
...sacris tractand. fiet.

Mãa & Objum & inde Parti
in

Totale, q̃ ab oĩ cibo & potu abstinet, q̃ [illegible]
dictũ & in Scris S. approbatũ ẽ Jejunium

Partiale s. Portionale ut Tertull. vocat, [illegible]
aliquã tm spe cibi & potũ abstinet,
Daniel C. X. 2. Johannes Bapt. Höpffn. de Jejun.
c. 50. C. Laod. ubi esis pridiorib. uti licuit. Conc. Tol.
Conc. Cpol. 6. in Trull. c. 56. et Orig. & casus ghib. p. Quadrag.
Compositum ex utroq spe, qro ad tempus ab
cibo & potu abstinet, cum v. refectione
erit, aliqd tm capit, cæteroqn abstin
quanto & quali aliàs idem naturalem app
tentiam & gsvtdem solitũ fuit.
Calixt. de Jejun. p. 7. & 10.

usq Chocolatis, potus Americani, an rumpat Jejunium Pontificium, V. Ephem. Erud. 66. 3. p. 26.

inde vtq origo ovorum Paschalium & libanium Caseaceorum, soluto Jejun. Quadrages.

7268

Origo & Artor Jejuniorum Public.

qf. Chemn. Ex. C. Trid. p. 4.

Juris divini sint, an Humani, ordinaria praesertim commendari, ō mandari, nisi his, qb. utilia futurum & adipiscendo fini commod. & ita illgud. Augustinum Ep. 36. Ego in Evangelicis & Apostolicis scriptis, video praeceptum esse jejunium, ait Calixt. Or. de Jej. p. 10.

c. 19. Conc. Gangr. hinc dispensatio tot locis, Conc. Tol. 8. 9.

Epist. decret. Telesphori Papae, quae supposit. tia censeq, tu ō aisi Clericis Jejun. quadrag. gesimale praecipit. Carmaq. p. 24.

Epist. Episc. Africae ad Siric. Car. p. 154.

Ruptio jejunii Clericis prohibeq, excepto casu inevitabilis necessitatis, c. 63. C. Carth. IV.

JUS SENDICENDI & ORDINANDI
JEJUNIA PUBLICA,

requiritur ē penes eum, q̄ ht Jus Liturgiæ,
de q̄ s̄, Quoniam ē ipsis Liturgiæ.

Principib. Mgrbus & Præsidib. Ecclesiæ competere
ait Calixt. Or. de Jejun. p. 11. & hoc mandatis
parend. ēē pro conscientiam Rom. XV. 2. & con-
sulit, de Partiali Jejunio gratiam mandari, ut abstineat à lau-
titiis & contenti sint hoēs parvo tenuiq̄ ali-
mento, delectus v. arbitrio cujusvis com-
mittere; nec certus cibos genus prohiberi.

Eccla v. Mgrus, qt. ēnam Ecclæ admstrem exeqt,
p senatum Ecclesiasticum, 2. Chron. 20, 3. Höpffn.
D. 30, 2.

Exc.

JURE SPECIALI & ex Conventione competit hoc
Facultas in Ecclis Saxonicis Electori Sax.
Chur. v. Fürstl. Brüderl. Hauptvergleich de
22. Apr. 1657. Cap. de Consist. XVIII. §. 5.
ib: die anordnung d. fast. Bess. v. Bettage.
sic tn ut Electori magis directorium tm competat,
nec Indictio fieri poit, nisi præscitu
& consensu dnorum Fratrum ducum Sax. q̄ &
ipsi Mandata de his Jejuniis ō Electoris,
pro suo noe promulgant in suis Provinciis.

1.IV.1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας.

Finis Proprius

Remotio impedimentorum Precum & piarum Meditationum, Adminiculum tm, Höpffn. d. 22.

Castigatio carnis, & ut aegrè fiat naturae, unde afflictio animae dr fevit. 16, 29. Höpffn. d. 24.

Signum Poenitentiae,

d. Calixt. de Jejun. p. 7.

Prud. περιστ. 3, 209.

Cum membra morbus dissicit,
Animus viget robustior:
Membris vicissim fortib.
Vis sauciae sensuum.

& id. Kathemerin.

V. Höpffn. Cap. 2. de Jejun. & C. 3. d. 21.

Chemn. Ex. C. Trid. P. 4. p. 198.

Consect.

Jejunium, quod finis ob acquirendi vel intendi, inane est & injustum. quia propter finem, ob propter sese praecipis.

Calixt. d. l. p. 8.

In hoc, hic, quod totuli jejunio impediunt à functione officii sui cujusc. s. et. à meditationibus sacris, propter imbecillitatem naturae, ob obligantur ad jejunium, saltem totale,

V. Calixt. d. l. p. 9. 10.

Chemn. Ex. C. Trid. P. 4. p. 245.

Prosper Aquitan. l. 2. de Vita contempl. c. 24. docet, quod utile sit, jejunio vel abstinentiae, advenientium charitatem plerumque praeferre,

Durão:

Artiqtus ad horam IX. h. e. terham pomerid.
Calixt. Or. de Jejun. p. 13.
Prudent. Hymn. post jejun. fr. 9.

Eamdiu, donec naa vis ō inferis,
Höpfn. de Jejun. D. 8. 126.

Tempus:

In Vet. Eccla nullis certis dieb. alliga
Calixt. or. de Jejun. p. 18.

Sabbato tm pinde ut die anteced. q jejunia
approbavit Maoc. 1. Ep. 1. c. 4. Car. p. 197.

Die tm domin. & Sabbato prohibita, cap. apost.
c. 64. C. Carth. 4. Conc. Caesaraug. c. 2. c. 26. Conc. Elib. c.
& qdo jejunia sua Judaei celebrant, Conc. Gangr. c. 69.
ut. qdo Pagani, decret. Melchiadis Pap.
Caranz. p. 54.

Quotmensib. excepto Julio & Augusto, c. 23. Conc.
Elib.

Quoties Fames, Pestis vel alia tribulatio ingruit,
decr. Papae Liberi, Car. p. 131.

In Quadragesima Hebdomada Magna, c. 50. Conc.

In Quadrag. jejunio tm die dominica pandend. Conc.
Aurel. IV. c. 2.

Tempa Jejuniorum Monasticorum p lotu annum Vid.
Concil. Turon. 2. c. 13.

Tempus, ~~[illegible]~~ à Feria S. Martini usque ad
Conc. Mantisc. 1. c. 6.

die Pastis dni, c. 89. Conc. Cpol. 6.

Jejunia 4. tempor. instituta; Concil. Mog.
813. à Carol. M. ap. Caranz. p. 549.
— Vid. oio Sirmond. ad Gottrid. Abb. l. 3. Ep. XV.

Accidentia alia

1272

Abstinentia ab Usu Conjugali, 1. Cor. 7, 5.
decr. Liberi Pap. ap. Carang. p. 130.
V. Chemn. Ex. C. Trid. P. 3. C. 3. et Calib. p. 34 et P. 4. et Jejun.

Vigiliae, s. abstinentia à somno, 1. Pet. 4, 8.

Vestitus vilis, Cineris usus et saccus,
Concil. Melders. c. 7.

Tristitia in voce, gestib. p.
V. Höpffn. de Jejun. d. 25.
add. Matth. VI. 15.
Prudent. Hymn. post Jejun. tr. 21. sqq.

Lites forenses inordinatae, p. decr. Liberi Papae
Carang. p. 130.

Stationes Jejuniis jjunctae, V. Bosquet.
ad l. 2. Ep. 18. Innoc. 3.

Poena regluti Jejunij, ex com. Eccl. Mag. c. 35.

Versum discriminant à Depositione. ut & Latini & Gr.
a. definit, Desinentia versus restu ped. q6. Versus
syllabis aequans, vel excessum aut defectum syllabarum
sap. Hebr. pedes sint incerti & nullis legib.
in ψ. praesertim, tu ultimus pes semper est certus, & tamen
utique priores in versu pedes negligunt. Ex restu
fit Depositio, & attendit aequis syllabis
versus, an excessus tat. Itaque Hebr. alius est Acata
ultimum pedem, à quo denominatur, integer tat sine ex
ψ. XCV, 2. Nekaddemá paniv bethodá bisse
nariah lo: psic & segg. duo.
Catalectus est, qui ultimum pedem, unam syllabam exce
tat. ut eod. ψ. 4, 1. Lechú nerannená lahová
lezúr jischhénu.
ticum, arbitror Hebraeus ad agnoscunt. Nam
certos pedes habeant praeter ultimum, & hic ipse
nisi disyllabus est, & ad. Iambus, ut opinor.
Catalectus & Brachycatalectus in Trisyllabis & Tetrasylla
locum tat.

Juventus Pietati dices, 9[illegible]

In juventē habemus illustrius exemplum ve[illegible] sanctitis Virginum Vestalium: q̄ intacta [illegible] tegræ manebant annos 30., qbus inr officia [illegible] sis, discebāt facere sacra, & quum didic[illegible] docuerunt, Seneca l. de Beata Vit. Vid. Gell. l. [illegible]

JEJUNIUM. V. Philosorg. l. x. [illegible]

Festum Jejunior ap. Vet. Chian. agebat usq ad 9. dies [illegible] Prud. Cath. 8. Nona summissum rotat hora solem, [illegible] vixdum trib. evolutis, Quarta devexo supē in [illegible] Portio lucis. Nos brevi voto dape vendicata solv[illegible] festam, fruimurq mensis. Hes. H. 10, 54. Fru[illegible] Martyr: Jejunamq ait, recuso potum. Nond. [illegible] diem resignat hora, Nunq̄ violabo jus dicat[illegible] mors ipsa meum sacr resolvet. Edebant parem [illegible] Nicol. de Pane [illegible] Cic. l. VII. ep. XXVI. ad Gall. quum qd. biduum ita jejun[illegible] ut ne aq̄ qd. gustarem. forte aq̄ calidam, V. H. Nicol. de [illegible] Jejunia Mahomedan. V. Mich. Vol. 2. f. 105.

Esa. l. VIII. 3—7. Jud. XX. 26. I. R. VII. 6. XXXI. ult. II. R. II. 35. [illegible] Lach. VII. 3. 5. VIII. 19. Esr. VIII. 4. Esth. IV. 3. [illegible] Nyssa bt. XXVII. 9. Jejunia in Sabbato [illegible] Regulares incipit jejunare à Septuagesima Græci à [illegible] rii à Quinq. Tota militia Chiana à Quadr. ad [illegible] Hebdomadam Gcedentib. Guilel. l. 6. f. 160. [illegible] Jejunia gralia fiebant qdo ordinatur clerici, V. Guil. Dur. l. VI. fol. 23[illegible] Jejunia in festis [illegible] Guil. Dur. fol. 254. [illegible] in vigilia Mortuor. [illegible] Jejunare d. O. & Nat[illegible] Mosis quadragesimale, V. Horn. Sulp. 99. & Sullian. [illegible] Horn. [illegible] ex Jejunio pecunia collecta, Vol. Cell. p. 290. Conring. Propt. IV. p. 11[illegible] Jejunia gratior tempor. à Calixto institutus ex Zach. VIII. praeter celebrandum, V. Guil. Dur. fol. 145. Jejunii defin. etym. & divisio vanias V. ap. Guil. Dur. l. 6. fol. 146 & seqq.

Anordnung

Des Hochwürdigsten und Durchlauchtigsten
Fürsten und Herrn/

Herrn Morizens / Hertzogens zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg/ *postulirten Administratoris* des Stiffts Naumburgk/ Landgraffens in Thüringen / Marggraffens zu Meißen / auch Ober- und Niederlausitz / Gefürsteten Grafens zu Hennebergk / Grafens zu der Margck und Ravensbergk/ Herrns zum Ravenstein/ und der Balley Thüringen Statthalters ꝛc.

Nach fürhergegangener des Durchlauchtigsten Churfürstens zu Sachsen / und Burggrafens zu Magdeburgk ꝛc. freund-brüderlicher Communication,

Wie es bey diesen/ wegen des Türckischen Einbruchs in das Königreich Ungarn und andern weitaussehenden hochgefährlichen Unglücks-Zeiten / mit Bestellung gewisser Bußpredigten und Bethstunden / so wohl Fast- Beth- und Bußtagen / in deroselben Fürstenthumb und Erblanden gehalten werden soll /

Auff Seiner Fürstl. Durchl. sonderbaren gnädigsten Befehl zu iedermänniglichen Wissenschafft in Druck gegeben

---

Zu ZEITZ / bey *Christoph Cellarii* Wittbe/ im Jahr Christi M. DC. XIV.

1275

VOn Gottes Gnaden/ Wir Moritz/ Hertzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/ *postulirter Administrator* des Stiffts Naumburgk/ Landgraf in Thüringen/ Marggraff zu Meißen/ auch Ober- und Nieder Lausitz/ Gefürsteter Graff zu Hennebergk/ Graff zu der Margk und Ravensbergk/ Herr zu Ravenstein/ und der Balley Thüringen Stadthalter ꝛc. Entbieten allen und ieden Unsern Hauptleuten/ denen von der Ritterschafft und Adel/ Beambten/ Räthen der Städte/ und ins gemein allen unsern Unterthanen und Schutzverwandten Unserer Erblande/ Unsern Gruß/ Gnade und geneigten Willen/ Und fügen iedermänniglich zu wissen/ daß/ ob wohl des Durchlauchtigsten Churfürstens zu Sachsen ꝛc. und Burggraffens zu Magdeburg/ Unsers freundlich Vielgeliebten und Hochgeehrten Herrn Bruders und Gevatters Lbd. nebenst Uns in der ungezweiffelten Hoffnung beruhet/ Es würden alle und iede Einwohnere unsers Fürstenthumbs und Landen sich durch die erschreckliche verhandene Gefahr und durch das Elend so vieler tausend Christen/ welche bereit von dem/ der gantzen werthen Christenheit abgesagten blutdürstigen Hund/ dem Türcken/ jämmerlicher Weise entweder ermordet/ in Stücken zerhauen/ verbrennet/ oder versenget seyn/ oder auch zu vielen tausenden/ gleich dem unvernünfftigen Viehe/ ehe sie gutes Theils den rechten Grund der Seeligkeit/ und das Erkentnüs JEsu CHristi/ daran doch die ewige Seeligkeit hanget/ erlernet/ in die Tartarische/ Türckische Gefängnüs und Mahometische Dienstbarkeit geschleppet worden/ haben bewegen laßen/ ihr Leben/ ehe sich Gottes Hertz gar von Uns wendete/

zu bessern / die vor diesem verordnete Bußpredigten und Bethstunden / nebenst dem neulichsten *publicirten* Gebeth wider den Türcken fleißig zu besuchen / in Betrachtung / daß solche große Noth und Gefahr / welche der gantzen Christenheit auf dem Halse lieget / von Uns abzuhalten und abzuwenden / keine andre Mittel zu finden / als die jenige / derer die Christen allezeit / bevoraus wider die ungeheuere Kriegesmacht / große Tyranney / Wüten und Toben des schändlichen Verleugners und Mamelucken des Juliani sich bedienet / dessen weitern Progreß und Glück die hertzliche Buße und Thränen der Christen zurück getrieben / derer viel ihrer viel vergossen / weil Sie auff Erden keine andere Hülffe wider diesen Feind gesehen. So haben wir doch nicht ohne besonders Mißfallen vernehmen müssen / wie die Bußpredigten an vielen Orthen gantz unterlassen / die Bethstunden sehr unfleißig besuchet / das Türcken-Gebeth von etlichen Predigern / daß der arme gemeine Mann / Weib und Kinder solches nicht einmahl verstehen / viel weniger mit bethen könten / gleich in Eil / ohne Andacht dahin geschnattert / ja wohl nach Belieben eigenmächtiger Weise verkürtzet / und nach den Predigten und in denen Bethstunden außengelaßen würden / Dahero seynd Höchstgemeldte des Herrn Churfürstens Liebd. dero hohen tragenden Ambte nach / aus Landes väterlicher treuen Fürsorge / auch bevorstehender hoher Gefahr / gemüßiget worden / bey diesen hochbeschwierigen und über aus bösen weit aussehenden elenden Zeiten eine richtige Buß- und Beth-Ordnung / nebenst gewissen durchgehenden Fast-Buß- und Beth-Tagen in dero Churfürstenthumb und Landen zu *publiciren* / Uns darnebenst freundbrüderlich ersuchende / wir möchten zu Erhaltung hergebrachter *conformitet* / auch Beförderung dieser wohlmeinenden Christlichen *Intention* dergleichen Verordnung in Unserm Fürstenthum und Landes *portionen* ergehen lassen /

Wann wir dann die beschehene *Communication* und gesuchte *Conformitet* Unserm freundbrüderlichen Haupt- vergleiche gemäß befunden / Als

Als gebiethen und befehlen Wir hiermit mäßiglich ohn Unterscheid der Personen / sich nach der hierbeygedruckten Anordnung allenthalben zu richten / und daran zu seyn / daß solcher Anordnung allerdings Folge und Gehorsam geleistet / alles unsötes / wüstes / Epicurisches Leben und Wesen / Fluchen und Lästern des allerheiligsten Namens GOTTES / aller Ubermuth / Hoffart / leichtfertige Geberden und Christen nicht anstehender Wandel eingestellet / die Bußpredigten und Bethstunden / wie auch die Fast- Buß- und Bethtage von Alten und Jungen / Reichen und Armen unausbleiblich besuchet / von der Cantzel dazu eiferige Anmahnung gethan / von der Obrigkeit in Städten / Flecken und Dörffern / bey Vermeidung unserer ernsten Ungnade und schweren Straff / dem *Ministerio* die Hand gebothen / zu Besuchung der Bethstunden und Gottesdienst eine Vergleichung getroffen / und darneben von Geist- und weltlichen / auch bey Straff der *Suspension*, oder nach Befindung gäntzlicher *remotion ab officio*, da die Superintendenten und *Inspectores* mit Fleiß auf ihre untergebene *Pastores* achtung zu haben und die Widerspenstigen anzumelden / crafft ihres Ambts / sollen verbunden seyn / unverbrüchlich gehalten werden / ob der HERR unser GOtt hören wolte aller Worte dieses grimmigen Feindes / welcher sich nicht scheuet / unserm Erlöser und einigen Mittler CHristo JEsu Hohn zusprechen und zu schelten / mit Worten zu trotzen / wie er die Häuser GOttes wolle einnehmen / uns ausrotten / daß wir kein Volck mehr seyn / und des Nahmens Israel nicht mehr solte gedacht werden / damit der fromme Gott in seinem Zorn / seiner großen Güte und Barmhertzigkeit eingedenck sey / das Liecht seines Antlitzes über uns erhebe / den Feind mit Schandē begleite / ihme einē Ring in die Nasen lege / hinwiederum zurücke treibe / dem Christlichen Heer Sieg verleihe / und es mächtiglich ausrüste. Und weil insonderheit die meiste Uppigkeit und wildes Leben in den Städten bey Zusammenkunfft en der Zunfften und gemeinen Zechen in Wein- und Bierhäusern / auff dem Lande aber bey den Lobetäntzen /

tzen / Gemeinden-Bier und Gesellen-Trincken verübet wird / welches bey ietzigen klemmen und schweren Zeiten ohne des billig unterlaßen werden solte / So wollen wir / daß bey allen obberührten Zechen und Zusammenkunfften / auch in Wein- und Bierhäusern keine Täntze noch Spielleute sollen geduldet / sondern die Täntze und Music alleine bey Hochzeiten / Adelichen Versambl-ungen und andern ehrlichen *Conviviis* zugelaßen werden / iedoch auch in diesen Fällen anderer gestalt nicht / als daß alles wüstes / Epicurisches und Gottloses Wesen / wie auch das höchststraffbare Fluchen / Schweren / Lästern und Narrentheidinge dabey gäntzlichen abgestellet sey / alles bey hoher Poen und unnachläßiger Bestraffung / so wohl der *Delinqventen* und der Haußwirthe / als Unter Obrigkeiten / da wir ein anders erfahren / und daß die Unter Obrigkeiten durch die Finger sehen / berichtet werden sollen / Gestalt wir sie hiermit ernstlich für unsere Ungnade gewarnet haben wollen / An diesem allen geschiecht Unser ernster Will und Meinung / *Datum* Zeitz / am 12. *Febr.* 1664.

Anordnung

Wie die Bußpredigten und Bethstunden / so wohl auch die Fast- Beth- und Bußtage / in Herrn Hertzog MORIZENS zu Sachsen / *postulirten Administratoris* des Stiffts Naumburgk und der Balley Thüringen Stadthalters ꝛc. Erblanden / biß uff andre Verordnung / wegen der Türcken-Gefahr gehalten werden sollen.

WEil nichts nöthiger noch nützlicher ist / dem eusersten Verderben / greulichen Wüten / Brennen / Sengen und Morden des Türcken fürzubauen / als daß man in wahrer ungefärbter Buße mit zerschlagenem Hertzen und demütigem Geiste sich zu Gott bekehre / und im Vertrauen auff JEsu CHristi theuer blutiges Verdienst

Gna-

Gnade und Vergebung aller Sünde suche / so ist höchstgedachter Fürstl. Durchl. zu Sachsen ꝛc. gnädigster Will und Begehren / daß die Lehre von der wahren Buße in allen Predigten mit Fleiß getrieben / und die Leute zu Ablassung vom Bösen und Besserung des Lebens treulich anermahnet werden / Und nachdeme Sie gewiß berichtet werden / wie an meisten Orthen die wöchentlichen Bußpredigten am Freytage / ob gleich solche Anno 1631. mit Ernst hinwider *renovi*ret worden / dennoch gäntzlich gefallen / Als wollen Sie solche hiermit wieder durchs gantze Land *introduciret* und angerichtet haben /

Begehren also gnädigst / daß alle Freytage eine sonderliche Bußpredigt / an statt der gewöhnlichen Wochenpredigt / und zwar so viel immer müglich / und sich dieses Tages halber / an einem oder dem andern Orth schicken will / durch die Superintendenten und *Pastores* gehalten / die Nothwendigkeit / der große seelige Nutz / und die rechte Art / und Weise Buße zu thun / deutlich und außführlich gezeiget / die Drohungen GOttes angeführet / die *Exempla*, wie sich GOTT der bußfertigen gnädiglich erbarmet / das Ubel von ihnen abgewendet / hergegen die unbußfertigen gewaltiglich gestraffet / geschärffet / und neben denen 7. Buß-Psalmen / die Texte / derer *Catalogus* hierbey folgen wird / gebrauchet / in denen Bethstunden abgelesen / und also in Predigten fürgetragen werden / daß die Zuhörer daraus erbauet / zu Christlichen Leben und Wandel angereitzet / und von bösen sündlichen Beginnen möchten abgeschrecket und abgehalten werden / Da dann die Lehrer und Prediger die Christliche Bescheidenheit wohl in acht zu nehmen haben / daß Sie ihre Warnungen / Vermahnungen und Bedrohungen sonderlich auff die Sünde richten / so für andern bey Ihren Ihnen anvertrauten Zuhörern im Schwang gehen / Und weil Gotteslästerung / fluchen und schweren / Entheiligung des Sabbaths / ungehorsam gegen die hohe Obrigkeit / so wohl Hoffarth in Kleidungen / da iederman sich fast über seinen Stand heraus bricht / und niemand die heilsame Churfürstl. Policey-

licey-Ordnung mehr achten will/nicht weniger die Unzucht/Fressen/Sauffen/Geitz/Verleumbdung und das greuliche wilde Wesen der Sicherheit gleichsam allgemeine Laster sind/so durch des Teuffels Getrieb/auch wohl Nachläßigkeit der Unter Obrigkeit an allen Orten heffrig eingerissen und überhand genommen/So werden Sie auch wider diese Laster ihre Erinnerungen mit Fleiß anstellen/damit die Leute durch Christliche Buß-Predigten von solchen unchristlichen Untugenden abgehalten werden mögen/ Hetten aber etliche Prediger ohne das einen gewissen Text/den sie auff den Freytag zu erklären pflegen/und wollen nicht gerne davon aussetzen/So mögen Sie zwar dabey verbleiben/iedoch daß in der Abhandlung die Lehre von der Buße und Beßerung des Lebens ja nicht hindan gesetzet/sondern mit allem Fleiß getrieben werde/

Bey diesen sonderlichen Freytags Bußpredigten/sollen die Geistliche die gewöhnliche Form der Beicht/und das Gemeine wie auch das Türcken-Gebeth mit Andacht und fein langsam ablesen/und wenn das Predigen und das Gebeth verrichtet/fangen dann die Knaben kniend vor dem Altar an/deutlich und langsam die Litaney zu singen/und die Gemeinde andächtig zu antworten/darauf die *Collecta* und der Seegen gesprochen werden/ Damit man aber desto weniger Verhinderung/denen Bußpredigten und Gebeth beyzuwohnen haben und fürwenden könne/ So sollen auff dem Freytag die Gerichte keine Verhören oder Vorbescheide anstellen/in denen Städten auch die Thore so lange zubleiben/denen Handels-und Handwercksleuten keine Läden ehe aufzumachen/noch kauffen und zuverkauffen verstattet werden/biß der Gottesdienst ausseye/darüber die Obrigkeit iedes Orts/bey Vermeidung Unserer schweren Ungnade/nicht alleine ernstlich zu halten/und die Ubertreter zur Straffe zu ziehen wissen/sondern wird sich auch selbsten/anderen zum guten Exempel/ mit Fleiß zum Gehör göttlichen Worts/und zu verrichtung des Gebeths bey zeiten einfinden/

Und

Und weil außer Zweifel/daß aus dē Munde der jungen Kinder und Säuglingen Gott der HErr Ihme eine Macht zubereite/und daß derer Gebet sey das Mittel so den Türckē schläget/So ist viel-höchstgemeldeter Ihr. Fürstl. Durchl. gnädigster Wille ferner/ daß die *Præceptores* in den Stadt und Dorff-Schulē/ ihre Schul-Knaben alle Tage in der Wochen ümb 2. od 3. Uhr nach mittage/ wie es an iederm Orte am füglichsten sich schicken wird/ da sich die Unter Obrigkeit hierüber der Stunde wegen mit dem *Ministerio* zu vergleichen hat/ fein ordentlich/ stillum eingezogen sollē zur Kirchen führen/ allda ebener maßen im Chor bey dem Altar / oder wie es sonsten füglich und bequem / Buß- oder andere Geistliche bewegliche Lieder zwey oder drey/ so auff ietzige Zeit gerichtet/ singen/ die angeordnete Capitel aus der Bibel/ mit denen Gebethen/ so der Pfarrer oder *Diaconus* ablieset/ mit gehöriger Andacht anhören/ das Vater Unser mit end verrichten und darauf wieder ein Bußlied / oder das **Erhalt uns HErr bey deinem Wort** ꝛc. Item: **Es wolte uns GOtt gnädig seyn.** Ingleichen: **Nim von uns HErr GOtt all unser** ꝛc. anstimmen / der Collect beywohnen / und den von Predigern gesprochenen Seegen mit gläubigen Hertzen annehmen/ auch in den Schulen solche Gebeth mit Fleiß üben/ Inmaßen gleicher gestalt denen Lehrmeisterinnen derer Mägdlein ihre Schul-Mägdelein zur Kirchen zu führen / dem Singen und Gebeth andächtig beyzuwohnen / und Sie fleißig auch in der Schulen zum Gebeth zu vermahnen anbefohlen wird.

Und damit auch andere erwachsene Leute sich zu diesem Gebeth einfinden mögen / So sollen an iedem Orth die *Pastores* ihre Zuhörer fleißig darzu ermahnen/ und wie **Gott dem Allmächtigen** der höchste angenehme Dienst es sey/ wann Alte mit den Jungen / Jünglinge mit denen Jungfrauen zusammen

theten treten / und mit andächtigen Hertzen und einmüthigem Munde umb Gnade bitten / mit Fleiß außführen sollen / auch drey Pulßschläge bald hinter einander geschehen / eine kleine Weile / damit man zur Kirchen kommen könne / wie auch drey Pulß bey dem Vater Unser / da die Kinder knien / gelautet werden / auf daß auch die zu Hause sind / und wegen Kranckheit und anderer Ursachen die Bethstunden nicht haben besuchen können / nieder fallen / mit denen in der Kirche bethen und zu GOtt seufftzen mögen.

